
EPITOME
IN PROSODIAM EX
variis scriptoribus compendiosè collecta:

PANTHALEONE Berthelonæo Rauerino auctore.

Accesserunt ex Despauterio, quæ de Prosodia carmine scripsit.

Ad hæc Appendix, succinctè Græcorum rationem de dictionum tonis & periodis continens.



LVGDVNI,

Apud Theobaldum Paganum.

1569.

TYPOGRAPHVS STVDIOSO LECTORIS.

* * *

Qvantùm in hac noſtra editione ſit elaboratum, vt hæc Panthaleonis Berthelonæi, viri doctiſſimi Proſodia emaculatior prodiret, facilè deprehendet, qui eam cum prioribus diligentius contulerit. Quare nec eam pluribus commendem neceſſe eſt. Acceſſit autem ſuperioribus editionibus, Carminum Græcorum ratio, ne qui ex Ciceronis, atque Quintiliani præcepto Latinis Græca coniungere volunt, aliquid quod ad verſificatoriam attinet deſiderare queant. Addidimus & à calce paucula, de dictionum tonis, & orationis periodis, ſeu clauſularum punctis: quæ adoleſcentibus non minus vtilia, quàm ad inſtitutum facientia videbantur. Adiecimus item compendioſa quædam, ex Deſpauterij monumentis ad calcem, vt viſum eſt, accomodatiſſima. Laborem hunc noſtrum, atque dilligentiam æqui boníque conſule. Vale lector candide, atque his vtere ac fruere.

* * *

RO CVM DO-

RINA TVM VIRTV-

conſpicuo, Magiſtro Ioanni Meladrio, Lingonenſi Promotori meritiſſimo, Panthaleo Berthelonæus Rauerinus, felicitatem.

DICTAVERAM iampridem diſcipulis noſtris Proſodiam ex authoribus, quos eruditos noui, quanta potui breuitate collectam: non eo ſanè animo, vt in lucem prodiret, aut formulis excudenda committeretur: ſed ſolùm, vt tyrunculorum noſtrorum labor & in carmine procudendo, & in eccleſiáſtico concentu leuaretur aliquãtulum. Quæ tamen cùm in amicorum mihi haud vulgarium manus incidiſſet, illius allecti facili neſcio quà breuitate, vt profitebantur, nominíſque mei nimio fortaſſe ſtudio, nullum rogandi finem facturi erant, niſi Typographo nondum planè reuiſam iamiam credidiſſem. Verùm ne patrono omnino careret, cuius authoritate, à maledicentium denti-

bus tuta esset, eam exire prius non siui, quàm tibi vt dignissimo, ecclesiasticíque decoris amantissimo prænotarem, atque deuouerem. Porrò non diffido me malè à cauillatoribus auditurum, quòd eam aliorum labore impregnasse videar. Verùm, quid dicas, quod aliquando dictum non sit? vel, quid recens sub sole? Satis est aliquibus, ad quantitatis syllabariæ peritiam, iuuené edidicisse Virgilianum opus ad verbum: quibus profectò non reclamarem, si quantum id laboris adfert, tantum adferret & frugis: adde quòd dictionum penè innumerarum non meminerit Virgilius, quibus & vti impunè possumus, & cogimur nonnunquàm. Obiectabunt alij & à recentioribus, & à vetustissimis quibusque Grammaticis, de re eadem plusquam sexcenta conscripta esse volumina: adeò, vt iam meritò cramben repetitam nemo non canat. At, quid per Deos, tot carmina, tot glossemata, tot deniq; testimonia adolescentibus conducant, nisi vt tenera eorum ingenia obtundant, & enecent? Prosodiam autem hanc moderata breuitate sic contraxi, alphabetarióque ordine sic digessi, vt nihil sanè (sciés omiserim, emiserímue, quod à classicorum scriptorum senten-

tia,

tia, aut à cõmuni iuuenum vtilitate alienum esse cognoscerem. Itaque, libellulo poterit vel puellus enchiridij vice vti, & ad quantitatem dictionis cuiuscunque, Latinæ præcipuè, dignoscendam promptissimum habere. Intereà has laboris nostri quantulascunque primitias, æqui boníque consulas, oro, méque in clientulorum tuorum albo conscribi ne molestè feras. Vale vir eruditissime. Rauenis, è museolo nostro, v. Calendas Aprileis, Anno à salute mortalibus restituta,

***

M. D. XLIII.

Nicolai Monoti ad libellum tetrastichon.

Exi parue liber, rogitat studiosa iuuentus:
Exi, liuidulûm nil vereare minas.
Paruus es: at paucis constringere plurima, multum est.
Perspicua melius nil breuitate reor.

Nazarij Bovuini, in commendationem Præceptoris sui, ad Lectorem Carmen.

Si te Phœbææ iuuat indulgere poësi,
Et Phœbo dignis ludere carminibus:
Hunc (minimo siquidem poteris) mercare libellum,
Pluribus excerpsit quem tibi Panthaleo.
Hoc duce, tota tibi Musarum turba fauebit:
Docta tibi sedem Calliopea dabit.

PAN

PANTHALEONIS BERTHELONAEI Rauerini, in Prosodiam epitome.

* * *

PROSODIAM compendiosè scripturi, à regulis generalibus primùm auspicabimur. Sed quid Prosodia sit, prius definiendum esse duximus.

Prosodiæ finitio.

Prosodia est carminis, & accentus notitia.

Regularum generalium Prima, de Positione.

Vocalis breuis, quam duæ consonantes continuò sequuntur, est longa positione consonantium: vt, ānnus, tērnis, tēmpus.

Eadem erit, si duplex x, aut z, sequatur, aut i, etiam consonans: vt, rēxi, gāza, āio.

Regula Secunda.

Vocalis naturâ breuis, quam muta & liquida in eadem syllaba sequuntur, est anceps: vt, tenebræ, patris.

Quòd si naturâ longa fuerit, longa remanet:

net: vt, mātris, à māter: Sic mātrimonium.

Tertia.

Diphthongus omnis natura producitur: vt, fœnum, aula, omnēis. Sic in Græcis semper: vt, Aēacus, Oēagrus, &c.

Exceptio.

Præ, etsi diphthongo scribitur, sequente tamen vocali, breuiatur: vt, præ̆ustus, præ̆hendo.

Quarta.

Vocalis ante vocalem in Latinis corripitur: vt, Dĕus, pĭus.

Exceptiones.

I. *Fio, vbi abest r, longatur: vt, fīam, fīat, Polysyllaba regulam seruant: vt, fĭerem fĭeri, prima breui.*

II. *E, per se ante i, in genitiuis, & datiuis quintæ declinationis, producitur: vt, Diēi, speciēi. Nam si consonantem admittat, breuiatur: vt, Rĕi, Spĕi.*

III. *Vocatiuus in i, à nominatiuo in iūs, vocalem ante vocalem producit: vt, Caius, cāi: Pompeius, Pompēi.*

Variatio.

Ohe, interiectio, variatur.

I, ante u, in genitiuis terminatis in ius, commune est etiam: vt, vnius, vlīius: excepto tamen alterĭus, quod semper breuiatur.

Adnotatio.

Ălius nominatiui casus, corripitur.

Ālius, genitiui, longatur.

Quinta.

De vocalibus in Græcis, & Hebræis dictionibus, quibus potissimum vtimur.

A, ante a, in Græcis & Hebræis, breuiatur: vt, Phrăates, viri proprium.

Exceptio.

Abrāham, pater multarum gentium.

Bāal, nomen idoli, & viri, primam producit.

A, ante e.

A, ante, e corripitur: vt, Pasiphăē, Minois vxor. Danăē, Persei mater.

Exceptio.

Āer, vnum elementorum. Lāërtes, æ, Vlyssis pater. Lāërtes, es, vrbs Ciliciæ.

Nomen in aël: vt, Israël, Michāël, &c.

A, ante i.

A, ante i, tam Latinum, quàm Græcum, breuiatur: vt, Năim, vrbs, in Sedulio, Iudăicus, & similia, quæ suppeditat Despauterius.

Exceptio.

Genitiui & datiui in aī, vt aulāī, pro aulæ:

a s pi

pictāï, pro pictæ, poëticè. Achāïa, Græciæ regio. Homolaides, vrbs septem portarum. Lāïcus, popularis, Lāïs, nomen mulieris. Mnāïs. Nāïs, nymphæ nomen & fluuÿ. Panchāïa, Arabiæ regio. Tāygete, es vel Tāygeta, æ, Agenoris filia. Tāygetus, montis nomen. Thāïs, meretricis nomen. Thrāïcius, qui est è Thracia.

Variatio.

Cain, viri proprium in sacris, qui fratrem interemit.

A, ante o.

A, ante o, longatur: vt, Lāocoon, Lycāon, & alia infinita, quæ studioso lectio abundè suppeditabit.

Exceptio.

Aglăodos, canis nomen.
Aglăophon, pictoris nomen.
Chăos, rerum omnium confusio.
Gabăo, vrbs Iudææ. Lăodocus, viri proprium.
Pharăon, rex Aegyptiorum.
Phăon, puer redamatus à Sappho.

Adnotatio.

Aōnia, pro Annonia Galliæ regione, corripit primam, secundam producens. Aŏnia, pro musarum regione, primam producens, secundam breuiat.

A, ante u.

A, ante u, longū est: vt, Nicolāus, Menelāus.

Ex

Exceptio.

Cranăus, regis & populi nomen.
Danăus, viri Græci proprium.
Oenomăus, regis Elidis, & patris Hippodamiæ nomen.
Talăus, vnus Argonautarum.

E, ante omneis vocales, in Græcis & Barbaris.

E, ante a, producitur: vt, Cytherēa, Calliopēa.

Exceptio.

Cochlĕa, pagi, & mulieris nomen.
Græcum in eus, vel in thea, breuiat e, ante quamlibet vocalem vt, Tidĕus, ĕi: Thĕreus, ĕi. Dorothĕa, Idomenĕus, & Ilionĕus sæpius.
Albunĕa montis & fontis nomen.
Anthĕas, gigantis, & regis nomen.
Artĕate, artĕates.
Balĕares, insulæ.
Barĕas, philosophi nomen.
Borĕas, ventus.
Brotĕas, viri nomen, id est, deuorator.
Carnĕades, philosophi nomen.
Crocĕa, oppidi nomen.
Cyanĕæ, insulæ.

Cynĕas, montis & viri nomen.
Cynĕa, fruticis nomen.
Lĕarcus, Inus filius.
Lĕa, leonis femella. Lĕæna, idem.
Melĕagra, oppidi nomen.
Melĕager, Oenei regis filius.
Nĕæra, mulieris nomen.
Ocĕanus, maris Deus, vel ipsum etiam mare, in neutro genere declinatum.
Phĕa, fluuius, & viri proprium.
Smerĕa, suffrutex.
Thĕanum, oppidum.
Thĕano, Thĕanus, mulieris nomen.
Thegĕa, oppidi nomen, sic Thĕgeus.
Tyrea, vrbis nomen.

Et composita à quatuor Græcis nominibus: vt, Creos, id est, caro: vnde Artocrĕa, id est, panis carnibus mixtus.
Θεῶ, id est, contemplor: vnde Thĕatrum, id est, locus eminens, è quo spectatur.
Neos, id est, nouus: vnde Nĕarchus, Nĕapolis.
Cleos, id est, gloria: vnde Clĕantes.

Adnotatio.

I. *Aenēas, pro duce Troiano, Anchisæ filio, mediam producit.*
Aenĕas, pro altero quodam, eandem breuiat.
II. *Rhĕa, Saturni vxor, priorem breuiat.*
Rhēa, mater Romuli, eandem longat.

Variatio.

Andreas, viri proprium.
Chorea, iocularis saltus.
Idea, omnium rerum species.
Leander, adolescentis nomen.
Malea, Laconiæ promontorium.
Medea, mulieris nomen.
Nemea, eæ, vel Nemee, es, montis, vrbis, & syluæ nomen.
Platea, quiuis locus amplus.
Romphea, framea, iaculum.

Diphthongus æ, & œ, ante a.

Diphthongus, ante a, longatur: vt, Aēacus Galilǣa, Melibœ̄us, Phronœ̄a.

E, ante e.

E, ante e, corripitur: vt, Nemĕe.

Exceptio.

Eecion, pater Andromaches.

AE, diphthongus, ante e.

Ae, ante e, producitur: vt, Nisǣe, vel Nesǣe.

E, ante i.

E, ante i, producitur: vt Dēidamia, Dēiphobus, Dēianira, &c.

Variatio.

Aenēis, dos, opus Virgilanum de Aenea.
Nēipe, mulieris proprium.

Nerēis

Nereis, marina dea.
Pyreicus, pictoris nomen.

AE, ante I.

Quæ habent æ, ante i, ferè à singularibus in eus, oriuntur, quorum quantitatem retinent: vt, Sabæi, à Sabæus, &c.

E, ante o.

E, ante o, breuiatur: vt, Clĕopatra.

Exceptio.

Dēois, idis: Proserpina. Ethnēon, oppidum. Lagēos, vitis genus, seu potius herba, qua vescuntur lepores: lagos enim Græcè, Latinè leporem significat.

Adnotatio.

Eos, id est, aurora: vnde ēous, id est, orientalis, primam producit.
Hĕos verò cum aspiratione, id est, lux: vnde & oriens, orientalis, & hĕous, id est, illuminans, eandem corripit. Itaque nihil significatione differunt, sed quantitate tantùm.

Variatio.

Gedeon, vnus ex iudicibus Iudæorum.

AE, ante o.

Ae, ante o, longatur: vt. Aēolus.

Variatio.

Composita à Græco, γῆ id est, terra: vt, Georgius, Georgica.

OE, ante o.

Oe, ante o, producitur: vt, Bœ̄otia, regio, à Bœoto Neptuni filio appellata.
Bœ̄orix, Cimbrorum rex.

E, ante u.

E, ante u, producitur: vt, Spondēus, pes metricus: Malēus, montis & viri proprium.
Alphēus per e, fluuius: per æ, viri proprium.

Exceptio.

Crĕusa, Aeneæ vxor.
Dorothĕus, viri proprium.
Enthĕus, à θεὸς, deus, id est, Deo plenus.
Timothĕus, &c.

Variatio.

Zebedeus, viri proprium.

AE, ante u.

Deriuatiuum in æus à dictione Græca, ferè diphthongum æ, recipit, & eam longam: vt, Nazarǣus, Iudǣus.

OE, ante u.

Oe, ante u, longatur: vt, Melibœ̄us, Cœ̄us.

I, ante vocales, in Græcis & barbaris.

Y, Græcum, & i, Latinum ante a, breuiatur: vt, Hўades, Helĭas, Harmonĭa.

I, lon

I, longum, ante a.

I, longum ante a producitur: vt, Elegia, Latria. Quod in e, longum verti potest: vt, Talēa, Citherēa.

Submonitio.

Caue in huiusmodi dictionibus, quæ præsertim ad has postremas regulas pertinent, poëtarum quorundam abusui magis credas, quàm veterum scriptorum eruditæ traditioni.

Variatio.

Cyana, fontis, & nymphæ nomen.
Diana soror Phœbi.
Plias, Athlantis filia, & stella.
Polymnia, vna Musarum.

I, ante e.

I, ante e, breuiatur: vt, Hĭerocomium. Hĭeron, &c.

Exceptio.

Pīera, Boëtiæ regio: sic Pīerides: Pīerus, nouem musarum pater.

Variatio.

Gabriel, archangeli nomen.
Priene, regionis nomen: rectius tamen corripitur.

I, ante i.

I, ante i, corripitur: vt, Dĭiambus.

I, ante

I, ante o.

I, ante o, breuiatur: vt; Iole.

Exceptio.

Clīo, vna musarum.
Dīogenes, philosophi nomen.
Enȳo, us, Bellona.
Hermīona, vrbs in mari Aegæo.
Herīos, vrbs.
Iob, viri nomen.
Spīo, nymphæ nomen.
Thīodamas, viri proprium.

Variatio.

Io, Iūs, mulieris nomen, & interiectio blandientis, variatur: vt, Ionia, regio.
Nomina in ion: vt, Arion, Amphion.

Submonitio.

Verùm vt tutius agas, poëtas fac imiteris: non enim hic certa satis regula præscribi potest.

I, ante u.

I, ante u, breuiatur: vt, Priameïus.

Exceptio.

1. Agenīus, id est, sine barba.
Braūium, victoriæ præmium.
Chīus, a, um, ad Chium pertinens.
Crīum, arietis frons & promontorium.
Darīus, Persarum rex.
Dīus, a, um, id est, diuinus.
Gynæcīum, locus in ædibus secretior.

Hormīus, fluuius.
Idolīum, id est, templum.
Lycīum, gymnasij Aristotelis nomen.
Ormīus, Thessaliæ fluuius.
Orithīus, Thessaliæ mons.
Orīus, gigantis & fluuij nomen.
Prymnesīum, nautarum funis.
Sperchīus, Thessaliæ fluuius.
Et à πωλέω deducta: vt, Oenopolīum, Bibliopolīum.
Et à τρέφω deriuata: vt sunt, Brephotrophium, Ichthyotrophīum.
Et à δέχομαι deriuata: vt, Xenodochīum, Pandochīum.

Adnotatio.

I. *Bacchīus, pro pede metrico, longat mediam.*
Bacchĭus, viri proprium, eandem breuiat.

II. *Lycĭus, gentile nomen, à regione Lycia, mediam corripit. Lycīus, pro Apolline, eandem producit.*

III. *Arrĭus, hæretici nomen, primam positu longat, & mediam corripit.*
Arīus, populi nomen, primam breuiat, & mediam producit.

Variatio.

Graphium, stylus quo scribimus.
Scaphium, matula, ad scaphæ similitudinem.
Eugenius, viri proprium. Miurus.

O, ante a.

O, ante a, breuiatur: vt, Stŏa, Oaxes.

Exceptio.

Iōannes, viri nomen. Oārion.
Trōas, trōadis, Troiana mulier.

Variatio.

Siloa, vrbs, & Galliæ flumen.

O, ante e.

O, ante e, corripitur: vt, Trŏes, Clŏē.

Exceptio.

Alōeus, gigantis nomen. Typhōeus.

Variatio.

Noë, viri proprium.

O, ante i.

O, ante i, breuiatur: vt, Simŏis, Eubŏis.

Exceptio.

Demōis, ancilla.
Deōis, Proserpina.
Eōius, eōia, eōium, id est, orientalis.
Lagōis, piscis & auis nomen.
Phōix, vel Phōicus, auis.
Stōicus, in Stoa philosophans.
Trōilus, Priami filius.
Zōilus, inuidus poëtaster.

Obliqui Græcorum habent o, longam ante i: vt, Minōis, Trōis. Item, à productis deriuata: vt, Herōicus, Trōicus.

Adnotatio.

Oïclus, Amphiarai pater, longatur.
Oïclus, Centaurus, corripitur.

O, ante o.

O, ante o, breuiatur: vt, Laocŏon.

O, ante u.

O, ante u, corrip. vt, Panthŏus, Anthinŏus.

Exceptio.

Achelōus, Deus, & fluuius.
Pirôus, herois nomen.
Possessiua in ous: vt à Latona, Latōus. à Gela, Gelōus.

V, ante vocales.

V, ante omnes vocales, breuiatur: vt, Sŭas, sŭadis, Rŭes, rŭis: Prŭis, prŭidis.

De deriuatione, Sexta regula.

Deriuatiui tanta est syllaba, quanta & primitiui: vt, quia Amo, habet priorem breuem: ămabam, ămator, &c. deriuata ab eo, primam correptam habebunt. Et, quia Legi, priorem longat, eandem producent, lēgeram, lēgissem, lēgerim, lēgero, lēgisse.

Conditiones quatuor ad hanc regulam.

Prima est, quòd consonans eadem continuò

maneat post vocalem in deriuatiuo, quæ in primitiuo fuerat: propterea hæc produci debent, quæ à breui primitiuo oriuntur. Fōmes, à foueo, foues: Iumentum, à iuuo: & huiusmodi non pauca.

Secunda est, quòd si immediate vocalis vocalem in primitiuo sequatur, eadem in deriuatiuo maneat: & ob id, quæ sequuntur, primam producunt, licet à primitiuis breuibus formentur: vt, Ibo, ab eo. Quibo, à queo. Numen, à nuo. Sērium, à seorsum, &c.

Tertia, quòd si positio in primitiuo est, maneat & in deriuatiuo. vnde Quater, à Quatuor, Sigillum, à Signum: & id genus quædam quantitate discrepant: quòd in primitiuis positio sit, in deriuatiuis minimè.

Quarta, quòd in regulis specialibus, dictio expressè non contineatur: qualia sunt, Vēna, Vōx, vōcis, & id genus, quæ producta à breuibus deducuntur.

Contrà Nǎto, nǎtas, Lǔcerna, & similia quædam correpta, à productis oriuntur.

Septima regula, de compositione.

Simplicis & compositi eadem est quantitas, etiam diphthongo aut vocali mutata: vt, Amīcus, Inimīcus: Lædo, illīdo.

Exceptio.

I. *Nomen in nubus, à nūbo, nubis: vt, Pronŭbus, ba, bum. Innŭbus, innŭba, bum.*

II. *Nomen in dĭcus, à dico, dicis: vt, Falsidĭcus, a, um. Maledĭcus, a, um.*

III. *Participium in tus, à compositis verbi nosco, cis: vt, Cognĭtus, ta, tum: à cognosco, cognoscis.*

Verbum in iero, à iuro compositum: vt, Peiĕro, as: Deiĕro, as.

Nĭhilum, à nil & hīlum, id est, res nullius momenti.

Semĭsopitus, à semi, id est, medium, & sopitus, ad somnum excitatus. In quibus syllaba corripitur, quæ longa est in simplicibus. Comĭtium, ex cum, id est, simul, & ĭtum, ĭtu, secundam producit: cùm ĭtu, simplex corripiat.

Adnotatio.

Ambĭtus substantiuum nomen, pro honorum cupiditate, mediam corripit.

Ambītus participiale adiectiuum, id est, circundatus, contra primitiui naturam, quod est, ĭtu, eandem producit.

Variatio.

Connubium, id est, matrimonium.

Octaua regula, de particulis, Se, Di, Re.

Particulæ Se, & Di, in compositione producuntur:

cuntur: vt, Sēduco, Dīduco, Dīmoueo, Sēmoueo.

Exceptio.

Dĭrimo, is, id est, diuido. Dĭsertus, id est, facundus.

Re.

Re, in compositione breuiatur: vt, Rĕdeo, Rĕduco.

Adnotatio.

Rēfert, ex ablatiuo re, & fert, id est, vtile est, priorem longat.

Rĕfert, personale, à Refero, eandem breuiat.

Variatio.

Reperi, à Reperio. Retuli, à Refero. Repuli, à Repello, & tempora ab eis formata.

Submonitio.

A Iacio compositum, quoties i, duplex admittit, syllabam primam positione longat: vt, Rēiicio: vbi autem alterum i, remouet, eandem corripit: vt, Abicio, Sŭbicio, &c.

Pro.

Pro, præpositio Græca, id est, antè, corripitur: vt, Prŏpheta, Prŏlogus, Prŏfanus.

Pro, Latina præpositio, producitur in compositione: vt, Prōduco, Prōficio.

Submonitio.

Videndum tamen, ne à Procul, aut Prope, fiat deriuatio: tunc enim quantitas mutaretur:

vt, Prŏpinquus, Prŏpero. aut dictiones simplices sint: vt, Prŏbrum, Probus: in his enim, pro, breuiatur.

Exceptio à Pro, Latino.

Prŏteruus, id est, petulans.
Prŏcello, procul iacio.
Prŏnepos, nepotis filius.
Prŏneptis, neptis filia.
Profecto, aduerbium, vtique & certè.
Prŏficiscor, vado, & venio.
Prŏfugo, longè repello.
Prŏfestus, sta, stum, id est, non festus.
Prŏfundo, abundanter fundo.
Prŏfiteor, apertè loquor.
Prŏfor, apertè loquor.

Submonitio.

Memineris autem primitiui, & deriuatiui regulæ, quorum eadem est quantitas: Veluti enim Prŏfundo, primam corripit, sic prŏfundens, prŏfusio, & huiusmodi.

Adnotatio.

I. *Prōcio, id est, prouoco, seu lacesso, primam, & secundam in supino procitum longat.*
Prŏcio, id est, quæro, peto, primam, & in supino procĭtum, secundam corripit.

II. *Prŏpago, pro progenie, primam corripit. Prōpago, pro vinea, eandem longat.*

Variatio.

Procuro, id est, prouideo.

Propago, as, id est, produco.
Propello, longè trudo.

I, & O, in compositione, Regula nona.

Dictio Græca, aut Latina composita, cuius prior pars in i, aut o, desinit: illud i, aut o, corripit: : vt, Sacrĭfico, Cunctĭpotens, Chirŏtheca, Antĭdoton.

Exceptio ab I.

Ilicet, interiectio.
Merīdies, Merīdio, & Merīdior.
Ibīdem. Sīquis. Tibīcen.

Vbīque, Vbīnam, Vbīuis, Vbīlibet, Scīlicet, ironicè, aut affirmatiuè sumptum, & quæ habent i, non ratione compositionis, sed casus tantùm: vt, Quantīlibet, Quantīuis.

Exceptio altera.

Lagōpus, pes leporinus.
Leucōpetra, promontorium.
Minōtaurus, monstrum.
Orthōdoxus, a, um, id est, rectæ opinionis vir.
Theōphila, dei amatrix.

Adnotatio.

Idem, generis neutri, priorem corripit.
Idem, generis masculini, eandem longat.

Variatio.

Geometer, vel tra, terræ mensurator.
Quotidie, vnde & Quotidianus.

Siquidem, coniunctio.
Vbicunque, id est, in omni loco.

De præteritis dissyllabis. Decima regula.

Dissyllaba præterita, priorem longant: vt, Lēgi, à Lĕgo. Sēdi, à Sĕdeo.

Exceptio.

Bĭbi, à Bibo. Dĕdi, à Do. Fĭdi, à Findo. Scĭdi, à Scindo. Stĕti, à Sto. Tŭli, à Fero.

Præteritorum dissyllaborum regula.

Præterita geminantia syllabā primam, vtranq; corripiunt: vt, à Pario, pĕpĕri: & Tundo, tŭtŭdi.

Exceptio.

Pĕpēdi, à pedo, id est, postico, crepitum facio.

Adnotatio.

Cĕcīdi, à cædo, mediam longat.
Cĕcĭdi, à cado, eandem corripit.

Regula vndecima de Supinis.

Dissyllaba supina priorem longant: vt, Lūsum, à Ludo. Vīsum, à video: & quæ inde deriuantur: vt, Allūsum, Inuīsum, &c.

Exceptio.

Cĭtum, tu, à Cio, id est, voco.

Dătum

Dătum,tu,à do.

Fūtum,tu,à fuo,verbo antiquo,id est,sum.

Itum,tu,ab eo.

Lĭtum,tu,à Lino.

Quĭtum,à queo. Rătum, tu, à reor. Rūtum,tu,à ruo,id est,cado. Sătum,tu,à sero. Sĭtum,tu,à sino. Stătum,tu,à sisto. Stătum,tu,à sto.

Submonitio.

Stāturus tamen,& composita à Sto,quæ atum habent in supino,sta syllabam producunt:vt, Stātum,præstātum:quæ si a,in i, mutent, seruatur regula:vt,Præstĭtum,&c.

Adnotatio.

Supina,& ab eis deriuata à Cio.& composita eius,primam longant.

A Cieo verò, eandem breuiant: vt, cĭtum, tu, Concĭtus:sed quia eadem duorum est significatio, prima variari videtur.

Regula aliorum Supinorum.

Verbum,quod ui, vltimam syllabam præteriti mutat in tum,supini, vocalem longat ante tum:vt, Amaui,amātum: Moui,mōtum: Petiui,petītum: Audiui,audītum.

Submonitio.

Quoties vocalis ante tum, primitiui non mutatur, primitiui quantitatem seruat: vt, à Dormītum, Dormīto,tas: Dormītario, &c. At vbi a,in i, mutatur, contra primitiui naturam breuiatur:

uiatur: vt, Rogĭto, Lectĭto, à rogātum, &c.

Adnotatio altera.

Hæc verba formationem regularem non habent: sub regula tamen continentur: Voluo, volūtum, Soluo, solūtum.

Potior, tītum.

Adnotatio.

Oblītum, oblītu, ab Obliuiſcor, mediam longat.

Oblĭtum, oblĭtu, ab Oblīnor, eandem breuiat.

Variatio.

Petitum, itu, & deriuata variantur.

Regula Duodecima, de verborum crementis.

Crementum primum verbi, vocalis eſt, quæ vltima fuit in ſecunda perſona ſingulari, præſentis indicatiui, vocis actiuæ ſiue fictæ, ſiue propriæ: vt, Amas, amabam, amaui. Doces, docebam, docebo.

Vocales autem aliæ, crementa media nuncupantur: vt tertia in Legebamus, Audiebamus. Porrò in communibus & deponentibus verbis, fingenda erit actiua vox: vt à Criminor crimino, as: à Largior, largio, largis.

Crementum per a.

A, in omni cremento verbi, producitur: vt, Certabāmus, criminabāmur, ſtudebāmus, legebāmus.

Exceptio.

A, in cremento primo verbi Do, das, & compositis eius, quæ sunt coniugationis primæ, corripitur: vt, Dăbam, dăbo: Venundăbam, venundăbo. Secundum autem sub regula continetur: vt, Dabāmus, Dederāmus, longa penultima.

E, in cremento.

E, in cremento vtroque, producitur: vt, Cantēmus, cantarēmus, Studēmus, Currēbam. Etiam si r, sequatur: vt, Amauērunt, vel ēre: Docuērunt, ēre: Docērem, docēre: Legērunt, vel ēre: Audiērunt, vel ēre. In voce paßiua, idem facito, seruatis seruandis.

Exceptio.

I. *E, ante ram, rim, ro, in omni coniugatione, corripitur: vt, Regnauĕram, regnauĕrim, regnauĕro. Docuĕram, docuĕro. Legĕram, lĕrim, ĕro.*

II. *Beris, & bere, in futuro indicatiui vocis paßiuæ, corripitur: vt, Tentabĕris, vel bĕre: Docebĕris, vel docebĕre. Fatebĕris, vel fatebĕre.*

III. *E, crescens in præsenti cuiuslibet modi, coniugationis tertiæ, & in præterito imperfecto modi coniunctiui, breuiatur. vt, Indicatiuo, Legĕris vel Legĕre. Optatiuo, Legĕrem vel Legĕrer. Præterito imperfecto coniunctiui, Leg*

ui, Legĕrem, vel Legĕrer. Infinitiuo, Legĕre. Rēris, & rēre, in omni coniugatione, producitur: vt, Tractarer, rēris, Docerēris, vel rēre. Legerēris, Audirēris.

I, in cremento.

I, in crementis cuiuscunque coniugationis corripitur: vt, Cantauĭmus, Monuĭmus, Monebĭmus, Ibĭmus.

Exceptio.

Crementum primum per i, coniugationis quartæ, non præteriti temporis, producitur: vt, Audīmus, audīte, audīrem, audīre.

Submonitio.

I. *Primi crementi memineris: nam secundum crementum per i, corripitur: vt tertia in audiuĭmus: & quarta in audiuerĭtis.*

II. *Memineris etiam, regulam intelligi de cremento non præteriti temporis: nam i, in præterito semper breuiatur: vt, Curauĭmus, Valuĭmus, Consuluĭmus, Poliuĭmus.*

III. *Iui, semper longatur: vt, Quæsīui, Dormīui.*

IIII. *Crementum per i, in verbis Sum, Nolo, & Volo, cum compositis, producitur: vt, Sītis, Nolīte, Velīto, Velīmus, Velītis.*

O, in crementis.

O, semper longatur: vt, Curatōte, Abitōte.

Cremen

Crementum per u.

V, in cremento breuiatur: vt, Quæsŭmus, Possŭmus.

Regula decimatertia, De crementis nominum.

Crementum nominis, pronominis, & participij, est supra nominatiuum syllabæ excessus: vt, hic puer, huius pueri: hi pueri, horum puerorum.

Crementum primæ.

Primæ declinationis crementum, treis tantùm terminationes habet: Ai: vt, Aulāi, Pictāi: Arum, vt, Animārum, Musārum: Abus: vt, Mulābus, Filiābus, & id semper produci debet.

Crementum secundæ.

Secundæ crementum habet Orum: vt, Duōrum, Librōrum: Obus: vt, Duōbus, Ambōbus: Idque semper longatur.

Crementum verò quodcunque aliud, in singulari numero breuiatur: vt, Vĭri, Satŭri, Pueri, Orphĕi, Vnĭus, &c.

Exceptio.

Ibēri tantùm cum composito suo, Celtibēri, longatur: & est populi nomen.

Crementum tertiæ, in a.

Nomen tertiæ in a, corripit ătis, & ătos: vt, Dogma, ătis, vel ătos.
Quòd si in atum declinationis secundæ mutetur, produci debet: vt, Dogmātum, āti: Poëmātum, āti.

Onis, & enis.

Nomen in o, aut genitiuum habet in ōnis: vt, lectio: ōnis: aut in ēnis: vt, Anio, ēnis: & horum penultima semper longatur: aut in inis, habet, & huius penultima corripitur: vt, Virgo virgĭnis: margo, margĭnis.

O, & On.

Nomen, cuius nominatiuus indifferenter est in ŏn, & in o, onis, in genitiuo corripit: vt, Agamemnon, ŏnis: Briton, ŏnis. Nam dicimus, Agamemno, & Brito.

C.

Genitiuus nominis exeuntis in c, penultimam longat, Melchisedec, ēcis: Halec, ēcis.

D.

Genitiuus nominis in d, penultimam etiam producit: vt, Dauid, idis.

Exceptio.

Bogŭdis, tamen penultimă breuiat, nòmen viri.

L.

Al neutrum, producit ālis: vt, Tribunal, ālis. Sal tamen sălis, corripit.

Al, masculinum, ălis corrripit: vt, Hannibal, Hannibălis.
El, producit ēlis: ut, Gabriel, Gabriēlis.
Il, corripit ĭlis: ut, Pugil, ĭlis.
Ol, longat ōlis: vt, Sol, Sōlis.
Vl, ŭlis breuiat: vt, Consul, ŭlis.

N.

Nomen in n, genitiui penultimam longat: vt, Titan, ānis: Lien, liēnis: Delphin, delphīnis.

Exceptio.

Genitiuus tamen in ĭnis, corripitur: vt, Flumĭnis, Lumĭnis.

Submonitio.

Adeò variè on, apud poëtas inuenitur, vt de eo regula certa dari non poßit.

Quædam enim producunt ōnis: vt, Babylon, Babylōnis.

Quędam corripiunt: vt, Canon, ŏnis.
Fac igitur poëtas tibi imitandos proponas.

Variatio.

Sidonius, nia, nium, qui à Sidone Phœnicia urbe originem ducit.
Edonius, nia, ium, qui in Edone promontorio natus est.

Crementum per r.

In ar, neutrum, longat āris: vt, Calcar calcāris.

Exceptis tantum, Nectar, nectăris.

Iubar, iubăris.

Ar, masculinum, ăris corripit: vt, Cæsar, Cæsăris.

Nar tamen, nāris producit, id est, fluuius.

Sic Hepar, si declinetur.

Adnotatio.

Lucar, pro lucro quodam, & sacrificio, āris, producit: Lucar, pro aue, ăris, corripit.

Er.

Er, ĕris corripit: vt, Anser, ĕris.

Exceptio.

Bizer, ēris, Ponticus populus.

Erier, ēris, Germaniæ populus.

Iber, ēris, Hispaniæ & Armeniæ populus.

Græcum in ter: vt, Pānther, ēris. Soter, sotēris, id est, saluator.

Excepto tamen Aether, quod ĕris corripit: vt. Aether, æthĕris.

Ir.

Nomen in ir, declinabile, corripit penultimam genitiui: vt Martyr, y̆ris.

Or.

In or, nomen, ōris longat: vt, Labor, labōris.

Exceptio.

Memor. Arbor.

Græcum in or, siue proprium, siue appellatiuum: vt, Hector, Rhetor.

Vr.

Vr.

In vr, etiam nomen penultimam breuiat: vt, Sulfur, Guttur.

Exceptio.

Fur, fūris.

As.

As, ātis longat, vt, veritas, ātis.

Exceptio.

Anas, anătis.

As, ădis corripit: vt, Lampas, ădis.

Adnotatio.

Vas, Vāsis, producit. Vas, vădis, breuiat.

Es.

Es, corripit genitiui penultimam: vt, Stipes, ĭtis. Ceres, ĕris.

Exceptio.

Hæres, ēdis. Locuples, ētis. Merces, ēdis. Quies, quiētis: sic Inquies.

Græcum, cuius genitiuus est in ētis: vt, Lebes, Lebētis.

Submonitio.

Aes, ēris. Præs, ǣdis, diphthong. longantur.

Is.

In is nomen, genitiui penultimam breuiat: vt, Lapis, ĭdis. Puluis, ĕris.

Exceptio.

Glis, īris, id est, animal.

Nesis, fluuij, & gigantis nomen.

Psophis, oppidi, & nymphæ nomen.

Nomen in is, genitiuum formans in itis: vt, Quiris, itis. Lis, itis.

Os.

Nomen in os, in obliquis producit penultimam: vt Flos, ōris. Sacerdos, ōtis.

Exceptio.

Bos, ŏuis. Compos, ŏtis. Impos, ŏtis.

Vs.

In us, nomen, genitiui penultimam corripit: vt, Tripus, ŏdis, Vellus, ĕris. Corpus, corpŏris.

Exceptio.

Comparatiua in us: vt, Maius, ōris.

Quæ habent ūtis: vt, Virtus, ūtis.

Quæ habent ūdis: vt, Subscus, ūdis.

Quæ habent ūris: vt, Ius, iūris.

Exceptis tamen, Pecus ŭdis: Ligus, ŭris: Intercus, ŭtis: quæ penultimam corripiunt.

Bs, Ps, Ms.

Nomen habens s, post consonantem, nempe B, M, P, genitiui penultimam corripit: vt, Trabs, ăbis, Adeps, ĭpis.

Exceptio.

Conops, ōpis, culex: sic Conopēum.

Cyclops, gigas vnoculus.

Europs, Regis nomen.

Gryphs, ÿphis, id est, animal.
Hydrops, aqua intercus.
Plebs, populus.
Seps, Serpens.
Cercops, populi nomen.

T.

Caput, genitiui penultimam breuiat: sic Occiput, & Sinciput.

X, gis.

Vocalis ante gis, corripitur: vt, Grex, ĕgis, Phrix, ĭgis, Coniunx, ŭgis.

Exceptio.

Rex, rēgis: sic Prorex.
Lex, lēgis: sic Illex. Frux, ūgis.

X, cis.

X, etiam, ĭcis, breuiat: vt, Pollex, ĭcis. Vertex, ĭcis. Excipitur Vibex, vibīcis.

Nomen aliud in x, quamcunque vocalem præcedentem habeat, in obliquis penultimam producit: vt, Audax, ācis: Fax, ǣcis: Nutrix, īcis: Velox, ōcis: Lux ūcis.

Exceptio.

Atax, fluuius, Abax, ăcis, mensula.
Candax, insulæ, & reginæ nomen.
Colax, parasiti nomen.
Dropax, vnguentum. Fax, tæda.
Panax, herbæ genus.

Pharnax, viri proprium.
Silax, scurræ nomen.
Similax, nomen virginis in hederam versæ.
Storax, vel Styrax, arbor, & vnguentum.
Calix, ligneum vas.
Cilix, Ciliciæ populus.
Coxendix, tibiæ pars.
Eryx, rex, mons, & vrbs.
Filix, herbæ nomen.
Fornix, cauerna, vel lupanar.
Histrix, àper spinosus.
Illix, id est, fraudulentus: sic Elix.
Larix, arboris nomen. Mastix, resina.
Mastyx, gos, flagellum.
Narix, ĭcis. Natrix, serpens aquaticus.
Nix, nĭuis Onys, gemma: hinc Sardonyx.
Pix, ĭcis, nigrum defluens ex arbore picea.
Salix, arboris species.
Varix, vena intumescens.
Vix, ĭcis, vicißitudo.
Cappadox, Cappadociæ populus.
Præcox, præmaturus, a, um.
Voluox, vermis. Crux, patibulum.
Dux, dŭcis, qui, vel quæ ducit.
Nux, arbor, & fructus.
Trux, ŭcis, crudelis. Volux, lŭcis, lepus.

Adnotatio.

Pernix, īcis, à pernitor, id est, velox, genitiui penultimam producit.

Per

Pernix, pro scelerato, a perneco, eandem corripit.

Variatio.

Bebrix, populus.
Phœnix, auis nomen.
Pistrix, sydus, piscis, & nauis.
Syphax, viri proprium.

Submonitio.

Quantacunque est genitiui singularis penultima, tanta est & sequentium casuum, in numero etiam vtroque: vt, Lucis, luci, cem, ce, ces, &c. Quam vnicam præceptionẽ vbique diligẽter subnotabis.

CARMINVM ALIquot, ac pedum legitimorum ratio.

Carmen, est oratio strictiori pedum lege coërcita ornatissimum dicendi genus.

Pes, est metrica syllabarum cõstitutio: vt, deus.

Scansio, est legitima metri in singulos pedes distinctio.

Pedes legitimi, quibus in carmine elegiaco vtimur, & ferè lyrico, hi sunt:

Spondeus, constans duabus longis: vt, Audi, Dōctōs.

Pyrrhichius, constans duabus breuibus: vt, Pătĕr, Mĕŭs.

Iambus, constans ex breui, & longa: vt, Dĭēs: Mĕī.

Trochæus, ex longa, & breui: vt, Pānĭs, īstĕ.

Dactylus, ex longa, & duabus breuibus: vt, Lūdĭtĕ, Scrībĭtĕ.

Anapæstus, ex duabus breuibus, & longa: vt, Pĭĕtās, Dŏmĭnōs.

Coriambus, ex duabus extremis longis, & medijs duabus breuibus: vt, Nōbĭlĭtās.

Submonitio.

Pedes nothi, & fermè compositi plures sunt, quos ex Grammaticis varijs excerpas, si liceat.

Carmen hexametrum.

Carmen hexametrum, sic dictū, quòd sex pedibus decurrat: primis quatuor sedibus, dactylum, aut spondeum indifferenter habet: quinta sede, dactylum tantùm: sexta, spondeum: vt, Musa mihi causas memora, quo numine læso. sic metire: Mūsă mĭ, dacti. hī cāu, spond. sās mĕmŏ, dact. rā, quō, spond. nūmĭnĕ, dact. lǣsō, spondeus.

Pentametrum carmen, sic à quinque pedibus, quibus conficitur, denominatum, prima, & secunda sede, dactylum, & spondeum sine differentia recipit: tertia, spondeum: quarta, & quinta, anapæstum: vt, Nil mihi rescribas: attamen ipse veni. sic metire: Nil mĭhĭ, dact. rēscrī. spon. bās, āt, spond. tămĕn ī, anap. psĕ vĕnī, anapæstus.

Asclepiadeum carmen, sic ab Asclepiade inuentore vocatum, constat spondeo, duobus

coriambis & pyrrhichio : vt, Mecœnas atauus ædite regibus. Quod sic metire : Mēcœ̄, spon. nās ătăuīs, coriamb. ădĭtĕ rē, coriamb. gĭbŭs, pyrrhichius.

Gliconicum, à Glycone poëta inuentum, quod ferè treis asclepiadeos versus, ecclesiastico more, sequiteur: decurrit spondeo, duobus dactylis sequentibus: vt, Victorum genus optimum. quod sic scande: Vīctō, spon. rum gĕnŭs, dact. ōptĭmŭm, dactylus.

Sapphicum carmen, à Sappho puella nomen habens, constat trochæo, spondeo, dactylo, & duobus trochæis: vt, Iste confessor domini sacratus. Sic scande: īstĕ, troch. cōnfēs. spon. sōr dŏmĭ. dact. nī să, troch. crātŭs, trochæus.

Adonium carmen, ab Adone inuentum, tria sapphica sequi solet: constátque dactylo, & spondeo tantùm: vt, Scandere cœlum. sic, Scāndĕrĕ, dact. cœ̄lūm, spond.

Phaleucium carmen, à Phaleuco excogitatum, decurrit spondeo, dactylo, & tribus trochæis: vt, Nobis omnipotens redemptor adsit. Sic pedes distinguas: Nōbīs, spond. ōmnĭpŏ, dacty. tēns rĕ, troch. dēmptŏr, trochæus. ādsĭt, trochæus.

Alcinamium carmen, ab Alcinamo ita nuncupatum, constat spondeo, coriambo, dactylo, & spondeo: vt, O quām, spond. glōrĭfĭcā, coriamb. lucĕ cŏ, dacty. rūscās, spondeus.

Iambicum , ab Iambo pede prædominante sic dictum : & Dimetrum, à duabus mensuris: quatuor pedes habet : in locis imparibus, spondeum : in locis paribus, iambum : vt, Iam lucis orto sydere. Sic scande : Iām lū, spond.cĭs ōr, iamb.tō sy,spond.dĕrē,Iambus.

Potest etiam habere in pluribus, vel omnibus etiam sedibus iambum : vt, Beata nobis gaudia. sic autem metieris : Bĕā, iamb. tă nō,iamb. bīs gāu,spon.dĭā.iambus.

Submonitio.

Comicorum carminum , cæterorúmque nomen ac rationem, apud eos facilè inuenies , qui de ea re diffusius conscripserunt.

Vltima carminis.

Vltima syllaba cuiuslibet carminis, variatur.

De figuris poëmati frequentibus.

ELLIPSIS, *est m, literæ, cum sua vocali detractio: vt Virgilius , Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno. sic metire, Quānt' ō, spondeus. mnīs mūn, spondeus. dūs, &c.*

Synalœpha.

Synalœpha , quæ Latinè compreßio dici potest, cùm de fine dictionis , vocalis abiicitur,

tur, sequente dictione, quæ incipit à vocali. Iuuenalis, Semper ego auditor tantùm. Cuius carminis mensura hæc est: Sēmpĕr ĕ, dactyl. g' āudī, spon. tōr tān, spondeus. tūm, &c.

Synæresis.

Synæresis, est syllabarum duarum naturaliter diuisarum in vnam contractio. Virg. Cui pendêre sua patereris in arbore poma. Quod sic metieris: Cuī pēn, spond. dērĕ sŭ, dact. &c.

Diæresis.

Diæresis, vnius est syllabæ in duas diuisio. Ouid. Nunc quoque te dixi persolüenda mihi: pro persoluenda, quadrisyllabo.

I, non consonans in Græcis & Hebræis.

I, litera, in dictionibus Græcis & Hebræis, semper est vocalis: vt, Iob, disyllabum. IESVS, trisyll. Iacobus, quadrisyl. & id genus alia.

PANTHALEONIS

BERTHELONAEI RAuerini, in Prosodiæ speciales regulas Epitome.

A, ANTE CONSONANTes, in primis.

A, ante b, in primis.

A*Ante b, in primis, breuiatur: vt, Făber, Străbo.*

Exceptio.

Crābro, insecti genus.
Fābula, id est, fictus sermo.
Fābrateria, oppidum. Lābes, macula.
Nābis, proprium viri.
Pābulum: sic Pābulor, aris.
Sābus, sancti filius: sic Sābini.
Sābatius. Scābidus, habens scabiem.
Tābraca, viri nomen.
Trābigilus, viri proprium.
Tābeo, id est, sordeo: sic Tābes, & Tābum.

Variatio.

Abel, viri proprium.
Fabella, modica fabula.
Flabellum, quo ventum faciunt.
Labo, repente cado.
Labicum, id est, Italiæ oppidum.
Labicus, Labica, propria. Labam, proprium.

Adno

Adnotatio.

I. *Lăbor, oris, nomen, breuiatur.*
Lābor, eris, verbum, longatur.
II. *Sābura, viri nomen, producitur.*
Săburra, grandior arena, corripitur.

Submonitio.

Fac sedulò vbique geminata notes: vt, Sābbatum, & crescentia: vt, Stābăm, Flābam, &c.

A, ante c.

A, ante c, in primis, corripitur: vt, Acidia, ăcipenser.

Exceptio.

Achar, viri propriũ. Aculeus. Cācabus, olla.
Cācabo, proprium perdicum.
Cācula, pedisequus.
Dācus, populus: sic Dācia.
Fācundia, eloquentia: sic Fācundus.
Grăcus, & Grāculus, auis.
Gracila, Glācito, Glācinia.
Māchina, grandis fabrica.
Mācezer, proprium viri. Māceries.
Māchariꝰ. Nāca, fluuius.
Rācipalis, viri nomen.
Thrăcia, vel Thrāce, regio.
Thrācia, vel cis, opidum.
Vācienus, viri proprium.
Vācia, quæ crura reflexa habet.
Zācharias, proprium.

Quæ

Quæ habent b, vel p, ante a: vt, Brăchium, Plăto, păco.

Exceptis, Băculus, vel lum, fustis.
Brăchitis, Latinè breuitas.
Plăceo, Plăcentia, oppidum.
Păcorus, rex.
Păciscor, pactum facio. Spăcium.

Variatio.

Acis, idis, fluuij, & viri nomen.
Academia, vicus, & schola.
Cacus, viri proprium.
Hyacinthus, flos & gemma.
Macero, id est, affligo.
Pachynus, promontorium.
Vacillo, id est, titubo.

Adnotatio.

I. *Acer, ĕris, arbor, priorem breuiat.*
Acer, cris, id est, vehemens, eandem producit.
II. *Dăca, Orientis populus, corripit priorem. Dāca, ad Daciam pertinens, producit eandem.*

A, ante d.

A, ante d, in primis, breuiatur: vt Mădeo, es. Spădo, onis.

Exceptis, Cāduceum, vel ceus.
Cādusij, populi. Clādes, occisio.
Dāda, viri proprium. Fādus, proprium viri.
Gādes, insulæ.

Gādir,

Gādir, vrbs, & insula.
Gādilon, mercantia quædam.
Glādis, regio. Lādas, nomen equi.
Lādon, vir, canis, & fluuius.
Quādi, populi. Rādix, icis.
Rādo, dis. Suādeo, des.
Trādo, dis. Trāduco, cis.

Variatio.

Adam, proprium viri.
Adon, onis, proprium etiam.
Gradiuus, Deus belli.

Adnotatio.

I. *Cădus, vas, corripitur.*
Cādus, populus, producitur.
II. *Vādo, is, id est, eo is, priorem longat.*
Vădo, as, id est, ad uadum quidpiam duco, eandem corripit.

A, ante f.

A, ante f, in primis, corripitur: vt, Afranius, Văfer.

Submonitio.

Quæ excipienda viderentur, per ph, scribuntur: vt, Sāpphirus, Sāppho.

A, ante g.

A, ante g, in primis, breuiatur: vt ăgo, ăgis: Tăgus, Tăgi.
Exceptis, Agalma, Latinè statua.
Agea, duarum vrbium nomen.

Agis,

Agis, idis, nomen regis.
Brāgada, fluuius. *Lāgon, pueri nomen.*
Lāgopus, auis.
Māgalia, domus pastorum.
Māgo, frater Annibalis.
Hāgonia, canis pastoris.
Trāgula, id est, hasta.
Tāgitia, id est, insula.
Trāgema, atis, bellaria.
Trāgurus, id est, piscis.
Vāgina, theca. *Vāgio: sic Vāgitus.*

Item quæ habent f, aut p, ante a: vt Fāgus, Flāgitium, Pāgina, &c.

Exceptis tamen Flăgellum.
Frăgilis, Frăgor.
Păgasa, opidum.

Adnotatio.

I. *Sāga, gæ, venefica mulier, longatur: hinc Sāgio, vnde Præsagio.*

II. *Săgax, acis, id est, subtilis, corripitur.*
Săgum, gi, vestimentum, breuiatur etiam.

III. *Plăga, rete vel ora, corripitur.*
Plāga, vulnus, producitur.

IIII. *Lāganum, genus cibi, primam longat.*

Lăchanum, quodcunque genus oleris, eandem breuiat.

A, ante l.

A, ante l, in dissyllabis longateur: vt, Bālo, Tālis.

Tālus.

Exceptis, Tăles tălium, oppidum.
Fălæ, arum, turres ligneæ.
Fălum, Fali, idem.
Hălys, fluuius, & vir.
Hălos, Athamantis domicilium.
Pălàm, id est, manifestè.
Pălin, Latinè contrarium: vnde Pălinodia.
Păles, deæ: hinc Pălilia.
Sălum, mare.

Nomina tertiæ, crescentia in genitiuo: vt, Sálix, Sălus, Phălanx.

Exceptis, āles, auis, aut velox.
Hālec, piscis, aut garo.

Adnotatio.

I. *Hālo, hālas, id est, redoleo, producit priorem.*
Alo, is, id est, nutrio, priorem corripit.
II. *Tălus, vel los, proprium uiri, breuiatur.*
Tālus, appellatiuum, longatur.
III. *Călyx, v. us, priorem breuiat.*
Cālix pro folliculo, eandem longat.
IIII. *Cālo, onis, id est, baiulus, longat priorem.*
Călo, as, id est, voco, eandem corripit.
V. *Mālus, arbor,*
Māla, id est, maxilla,
Mālum, fructus, priorem longant.

Mălus,a,um,adiectiuum,corripit eandem.

A, ante l, in polysyl.

A,ante l,in polysyllabis, breuiatur:vt, Phălaris. Alius,a,m. Thăleia.

Exceptis, Alea,genus ludi.

Alecto,tus,vna furiarum.

Aliphe,oppidum.sic Aliphanus.

Aledius.proprium. Alopece,insula.

Bălena,id est,piscis.

Căligo,ginis,obscuritas.

Călisto,Lycaonis filia. Călatia,oppidum.

Călustrutiæ , arum , commixtiones herbarum.

Dălila:alij, Dălida.

Hălobora,vrbs. Lăletania,prouincia.

Mălobatrum,vnguentum.

Phălarna,piscis. Quălea,auis.

Salustius,viri proprium.

Sălentum , promontorium : hinc Sălentinus, na, num. Squăleo,offuscor.

Scălena,compactio scalarum.

Tălea,putamen lignorum.

Tălio,pœna similis. Tălaon,proprium.

Variatio.

Palatium,regia. Palatinus,a,um.

Adnotatio.

1. *Căligo,gas,neutrum,id est,obscuror, producitur.*

Căligo , as, actiuum , id est , caligas indue, corri

corripitur.

Călleo, es, obduresco & scio, longatur: hinc Căllidus, id est, astutus.

Căleo, id est, calorem patior, breuiatur: sic Călidus, da, dum.

A, ante m, in dissyllabis.

A, ante m, in dissyl. produc, vt, āmen, fāma.

Exceptis, Cămers, vir & populus.

Chlămys, mantellum vulgò dicunt.

Fămes. Lămus, proprium. Sămos, insula.

Săme, insula & vrbs. Tămen.

Thămos, nympha. Zăma, oppidi nomen.

Adnotatio.

Amo, pro diligo, corripitur.

Hāmo, pro rapio, producitur.

A, ante m, in polysyllabis.

A, ante m, in polysyllabis, breuiatur: vt, Cāminus, Fămulus.

Exceptis, Amentum: sic Amento, as, Amianus, proprium.

Bāmura, vrbs Aphricæ. Cāmonica.

Dāmœtas, proprium. Dāmippus.

Hāmerochita, oppidum Græciæ.

Lāmentum, sic Lamentor.

Lāmina, frustum metalli.

Māmercus, supperbiæ amator.

Māmertinus, populus.

Māmurius, proprium viri.

Māmurianus, proprium etiam.
Māmurra: sic Māmurrus, propria.

Variatio.

Amineum, oppidum, & mons. Samaria, regio.

Submonitio.

Fac composita studiosè notentur: vt, Amitto, Amoueo: & è longis deducta: vt, Flāmeum, Flāminius, &c. à flamen.

A, ante n, in dissyllabis.

A, ante n, in dissyllabis longatur: vt Mānes, Sānus.

Exceptio.

Ana, Latinè sursum: hinc Analogia. Analectum, &c.
Căno, cănis. Anas, atis.
Anus fluuius, & morbus.
Căneus, vxor Pici.
Cănon, onis: vnde Cănonicus.
Clănis, fluuius, qui & Clănius dicitur.
Crăna, insula. Dănus, viri proprium.
Dănis, proprium. Mănus, pars corporis.
Pănax, herba. Pănos, oppidum.
Phănes, hinc Aristophănes.
Rhănis, nympha.

Adnotatio.

I. *Anus, vetula, corripitur, Anus, podex, longatur.*

II. *Plănus, Græcum, id est, scurra, breuiatur.*

Plānus,

Plānus,a,um,id est, amplus,longatur.

A, ante n, in polysyllabis.

A,ante n,in polysyllabis,breuiatur: vt, Lăuio,as,Lănius,Cănalis.

Exceptis, Anippe,mater Pieridum.
Cānidia,venefica mulier.
Cānius,viri proprium.
Danubius,fluuius Germaniæ.
Gāneo,helluo:sic Gāneum.
Lānuuium,oppidum Italiæ.
Mānius,proprium viri.
Mānilius,Mānilia,propria.
Mānetus,viri proprium.
Pānaretus,proprium.

Submonitio.

Notentur è longis deducta: vt, Iānitor, Lānugo,Plānities,& id genus.

A,ante p.

A,ante p,in primus, corripitur: vt Păpè,interiectio. Aplustre.

Exceptio.

Apianus ,fluuius.
Apenninus,mons. Crāpula,ingluuies.
Aphrica, Apher, Aphricus.
Cāpo,qui & Cāpus dicitur.
Pāpa,pæ,id est,pater:hinc Pāpare.
Pāpius,vir:hinc Pāpia lex.
Pāpilus proprium.Pāpinius,poëta.

Pāpianila, mulier.
Pāpilio, alatus vermiculus.
Pāphlagones, populi.
Rāpum, vel pa, pæ, genus radicis.
Sāpo, onis, substantia emaculatoria.
Sāpis, dis, fluuij nomen.
Sāperdo, moluam vocant, Gallicè molue.
Stāpes, edis, id quod equitantis pedes sustinet.
Vāpulo, vāpulas, id est, percutior.

Adnotatio.

I. *Lāpathes, is, herba quædam, producitur.*
Lăpathos, vel thum, herba etiam, corripitur.
II. *Apis, is, vel idis, rex, vicus, & bos, longatur.*
Apis vel ăpes, musca, breuiatur.

Submonitio.

Geminata diligenter considerari debent: vt Māppa, Sāpphirus, Sāppho, &c.

A, ante q.

A, ante q, in primis, breuiatur: vt, Aqua, Lăqueus, Aquila.

Submonitio.

Composita hic notanda veniunt: vt, Quāquam, Nequāquam, Quāquauersus.

A, ante r.

A, ante r, in primis, corripitur: vt, Arabia, Părio.

Exceptis, Arete, tes, vel Arete, æ, puella, Areo, es: sic Aridus.

Area,

Ārea, locus planus.
Ārunci, populi: sic Ārunca.
Āruncus, vir: & villus, à mento capræ.
Āruus, viri proprium.
Āruica: sic Āretæ, populi.
Bārium, oppidum.
Bāris, idos, nauicula.
Bārine, es, mulier.
Cārica, ficus species.
Cārax, Cārabus, piscium nomina.
Cāria: hinc Cāres, populi.
Cārex, vnde Cārectum, species cannæ.
Cār, aris, populus.
Glāris, nomen fluuij.
Glārea, sicca terra.
Gnārus, vnde fit Ignārus.
Lārissa, vel isse: sic Clārissus.
Lārius, lacus Italiæ.
Lārinates, populi.
Lārides, proprium, aut patronymicum.
Lāronius, Lāronia, propria.
Lārunda, nympha.
Lārina, mulieris proprium.
Māris, vir, & fluuius.
Nāris, nasi foramen.
Nārix, Nāricia, icium, & Nārice, oppidum.
Nārea, lacus. Nāret, fluuius Vmbriæ.
Pārus, auis. Pāreo, es: hinc Appāreo.
Phāris, oppidi nomen. Quāre.

Vārix: sic Vāricus, & Vārus.

Item adiectiuum in rus, ra, rum: vt, Rārus, ra, rum: Clārus, clāra, clārum, &c.

Variatio.

Aram, proprium viri.
Carolus, proprium etiam.
Darius, Persarum rex.
Smaragdus, lapis.

Adnotatio.

I. *Ara, id est, altare, longum est.*
Hăra, stabulum, correptum.
II. *Chăris, itis, id est, gratia, corripitur.*
Cāris, idis id est, piscis, aut regio, producitur.
III. *Arene, es, singulare, pro oppido, longatur.*
Arenæ, arum, pluratiuum ab ărena, breuiatur.
Phărus, vel ros, insula, breuiat priorem.
Phārus, vel ros, sacerdotalis vestis, eandem longat.

A, ante s, in dissyllabis.

A, ante s, in dissyllabis, longatur: vt, Nāsus.
Exceptis, Băsis, sustentamentum.
Căsa, domuncula rustica.
Căsos, insula, & vrbs.
Prăsum, id est, porrum: hinc Prăsinus, id est viridis.
Prăsius, viridis gemma. Quasi.
Thăsos, vna Cycladum.

Thrăsus, viri nomen.

A, ante s, in polysyllabis.

A, ante s, in polysyllabis, corripitur: vt Asinus, Prăsium.

Exceptis, Asopus, fluuius, & vir.

Bāsium: sic Bāsio, as.

Cāseus, lacteus cibus.

Iāsius, viri nomen.

Lāserpitium, herbosum virgultum.

Mnāsillus, satyri nomen.

Nāsica, proprium. Nāsidius proprium etiam.

Nāsidienus, viri nomen.

Pāsa, Latinè omnia: hinc Pāsiphaë, & Pāsiphilus, &c.

Thrāsimachus, proprium.

Vāsidius, proprium.

Adnotatio.

Asia, palus, & stagnum, producitur.

Asia, regio, pars orbis tertia, corripitur.

A, ante t.

Barbara in ocus: vt, Iodōcus, Guinōcus, &c.

Submonitio.

Nam Græca in ocus, breuiantur: vt, Laodŏcus, Demodŏcus, &c.

Variatio.

Macrobius.

Composita à Quando: vt, Quandocunq; Quandoquidem. Sed Quandōque longatur tantum.

O, ante d.

O, ante d, in mediis, breuiatur: vt, Exŏdus. Epŏdus, &c.

Exceptis, Botrōdum, oppidum.

Custōdio, is: vt, Custos, ōdis, & Custōdia.

Emōda, Emōdæ, oppidum.

Emōdus, montis nomen.

Epōdos, carmen heroicum.

Erōdio, vel Erōdius, auis. Laōdocus.

Herōdes: sic Herōdion, & Herōdianus.

Nebrōdes, monticulus. Orōdes.

Rapsōdia, vrbs, & fluuius.

Termōdon, fluuius.

Composita ab ode, id est, cantus: vt, Delōdes, Melōdia, &c.

In ōdes, materiam significantia: vt, Capiōdes, Thiōdes, &c.

O,ante f.

O,ante f, in mediis, corripitur: vt, Astrŏfus, Diuŏfus.

Submonitio.

Hæc & si qua sunt alia, rectius per ph, notantur, scribuntúrque.

O,ante g.

O,ante g, in mediis breuiatur: vt, Syllŏgismus. Aretŏlogus.

Exceptis, Agōge, cum deductis: vt, Isagōge, Synagōga, Pædagōgus, &c.

Bagōgus. Octōginta. Tolostobōgi, populi.

O,ante l.

O,ante l, in mediis corripitur: vt, Neapŏlis: & quicquid est à polis.

Excipiuntur deducta à poleo, id est, vendo: Bibliopōla, Pharmacopōla, &c.

Deriuata à colon, id est, membrum: vt, Monocōlon, Dicōlon, &c.

Composita à solor: vt, Consōlor, Desōlor.

Aetōlia: sic Aetōlus.

Acōlytus: alij, Acōlutus.

Capitōlium: hinc Capitōlinus. Cemōlos.

Cymōlus: vnde Cymōlius, a, um.

Geōlophus, terræ pondus.

Idōlum: sic Idōlolatra.

Mansōlus: hinc Mausōlæum.

Mediōlanum, oppidum.
Neobōle, mulieris nomen.
Phonōlenides, populus.
Pactōlus, fluuius. *Phicōlus.*
Parenōlus, vermis. *Præstōlor, expecto.*
Subsōlanus, ventus.
Symōlus, oppidum. *Tymōlus, mons.*

O, ante m.

O, ante m, in mediis breuiatur: vt, Ptolŏmæus, Hebdŏmas.

Excipiuntur, Anōmalus, a, um: id est, irregularis.
Cinamōmus, auis. *Ithōme, turris.*
Ithōmus, mons.

Neutra, quæ habent o, ante m: vt, Amōmum, Ichnōmum, &c.

Præter composita à tome, incisio: vt, Epitŏme, &c.
Sic Hippŏmanes. *Sodŏmum, vrbs.*
Cenomani. *Geometer, variantur.*

O, ante n.

O, ante n, in mediis, longatur: vt, Hierōnymus, Antiphōna.

Exceptis, Apŏnus, vicus. Antŏnoë, es.
Abrotŏnum. *Argŏnauta.*
Arsiŏne, mulieris nomen.
Atrŏnius, viri nomen.

Acŏnitum,herba. Axŏna,regio.
Alciŏne,mulier,& auis.
Ballŏnoti,vel Bellŏnoti,populi.
Carantŏnus. Carantŏnius.
Celŏnium. Cerŏnia,siliquæ.
Coctŏna,orum. Chiŏne,meretrix.
Diuiŏna,oppidum.
Eurimŏne,mulieris nomen.
Epimŏne,figura. Erichthŏnius,gigas.
Eiŏnides,populus. Hesiŏne,mulieris nomen.
Heledŏna. Hicŏnus.
Hilònome,es,proprium mulieris.
Harmònia,dulcis sonus. Hormŏnicus.
Iliŏneus:sic Iliŏne. Iŏnium,mare.
Leucŏnia. Mandŏnius.
Meriŏnes,gigas. Mycŏne,vel Mycŏnos.
Mammŏna,æ. Manŏnix,populi.
MaZonŏmon,oppidum.
Panŏn,onis,populus. Pleiŏne.
Paretŏnium:hinc Paretŏnius,a,um.
Paletrŏnium,oppidum.
Pannŏnia:hinc Pannŏnius,&c.
Phœmŏne. Santŏne. Typhŏna.
Xantŏnus,populus.

Composita à phone,id est, vox : vt, Euphŏnia: & phonos,id est,cædes:vt, Tisiphŏne,Metrophŏnos,&c.

Composita ex gonia, id est,angulus:vt, Trigŏnus,Polygŏnus, &c.

Variatio.

Apollonius: sic Apollonia.
Dionysius. Geryones.
Ionia, pars Bœotiæ.
Proconesus, vel Proconnesus.

Adnotatio.

I. *Hermiŏne, mulieris nomen, corripit mediam.*
Hermiōna, vrbs, producit eandem.

II. *Matrōna, coniugata mulier, mediam habet productam.*
Matrŏna, Galliæ fluuius, eandem breuiat.

Submonitio.

Diligenter, quæ de crementis dicta sunt notare debes. Quædam enim producuntur: vt, Leōnis, Sermōnis, &c. Quædam breuiantur: vt, Dæmŏnis, Anŏnis.

Breuiantur etiam complura, quæ ad regulam generalem de o, in fine partis prioris compositionis, referenda sunt: vt, Aphrŏnitrum. Pædŏnomum, Chirŏnomus, &c.

O, ante p.

O, ante p, in mediis breuiatur: vt, Atrŏpos, Syrŏpus.

Exceptio.

Anthrōpos, & composita: vt, Misanthrōpus. Apanthrōpos, &c.
Alōperea, insula. Asōpus, fluuius.
Aulōpus, piscis nomen. Aesōpus.

Cleōphas.

Cleōphas. Canōpus: hinc Canōpita.
Citrōpa, scutum gestans. Conōpæum.
Crotōpus, rex. Cedrōpa.
Enōpus, promontorium.
Eurōpa, pars terræ.
Epōpeus, nauta. Glaucōpis.
Hyssōpus, vel pum, herba.
Hydrōpisis: sic Hydrōpicus.
Inōpus, fluuij nomen.
Iōpas, citharœdi nomen.
Leucōpis. Leucōpetra, pars Thessaliæ.
Lycōpeus, rex. Metōpon, rupis nomen.
Orōpus, vir, & vrbs. Orōpion.
Prosōpos, id est, persona: hinc Prosōpopœia.
Pyrōpus, lapis. Rhodōpis, meretrix.
Sinōpe, Sinōpes: sic Sinōpis, idis.
Sinōpeus, viri nomen.
Siōpe, es: sic Aposiōpesis, Siōpelus, &c.

Composita à creas, id est, caro: vt, Creōphagus, Creōpola, &c.

Composita à theos, id est, Deus: vt, Theōphilus, la, Theōphorus, &c.

Bona pars tamen corripitur.

O, ante q.

O, ante q, in mediis breuiatur: vt, Allŏquor, Præcŏquus.

Exceptis, Aliōqui. Vtrōque, nomen, & aduerbium.

O, ante r.

O, ante r, in mediis corripitur: vt, Corrobŏro.
Exceptis, Achōreus, viri nomen. Adōria.
Anemōria, vrbs. Alōra, piſcis.
Alōrus, vrbs. Anthōres, viri nomen.
Aurōra. Axōrus. Cybōrium, diſcus.
Chryſolōras. Crepacōrus.
Cytōrus: ſic Cytōrum.
Cneōrus. Crociōrus.
Diōrex, viri nomen.
Diōrix, Diōrieche.
Diōria. Helōrus, fluuius, vel vrbs.
Lycōreus: hinc Lycōrides.
Lycōris, Lycōridis, mulier.
Lycōrias, Lycōriadis, nympha.
Lycōrica, vrbs. Leonōra. Lymnōria.
Meteōrus, a, um: hinc Meteōrologus.
Mantichōras. Opōrinos, autumnalis.
Pelōrus, mons, & vir. Pelōris, dis, piſcis.
Riſamōri, populi.
Sertōrius, viri nomen.
Sycomōrus, ficus fatua.
Trichōra, trichōrorum, ædificia.
Deducta à longis: vt, Maiōranus. Adōreus, &c.
Deriuata in orius, a, um: vt, Prætōrius, Lictōrius, &c.
Compoſita à chōros, id eſt, locus: vt, Anachōrita, Enchōreus, &c.

Facta

Facta ex Græco theo,id est,considero: vt, Theōrema,Theōresis,&c.

O,ante s.

O,ante s,in mediis,longatur: vt, Iōseph, Metamorphōsis,&c.

Exceptio.

Ambrŏsius,immortalis. Ambrŏsia, deorū cibus.
Cynŏsura,vrsa minor. Ebŏsita.
Eleemŏsyna. Ennŏsigaus, Neptunus.
Genŏsus,fluuius. Leucŏsia,insula.
Melobŏsis. Mnemŏsyne: sic Mnemŏsynon.
Pandrŏsos,puella. Pandòsia,vrbs.
Petŏsiris, Astrologus.
Syracŏsius,a,um,id est, Siculus,a,um.
Theodŏsius: sic Theodŏsia.

Deriuata à phroneo , id est , prudens sum : vt, Euphrŏsyne, Sophrŏsyne,&c.

Deriuata à pinō, id est, poto : vt, Sympŏsium, Sympŏsiarcha,&c.

O,ante t.

O,ante t,in mediis,producitur: vt, Lithostrōtos, Deltōton.

Excipiuntur, Composita à dotos, id est, datus: vt, Eudŏtus, Antidŏtum,&c.
Deriuata à pino,id est, poto: vt, Sympŏtes, Oenopŏtes,&c.

Com

Composita à notus, id est, ventus: vt, Bellonŏtus, Euronòtus, &c.

Abrŏtonum, herba.

Acrŏta, viri nomen.

Coprŏtinus, id est, stercorarius.

Deiòtarus, princeps.

Golgŏtha. Mesopòtamia

Onocrŏtalus. Odŏtheus. Silŏtes.

Submonitio.

Complura ad hanc regulam pertinent, quæ o, in fine prioris partis compositionis habent, & ex generali facilè innotescunt: vt, Zelotipus, Timotheus, &c.

O, ante u.

O, ante u, in mediis, breuiatur: vt, Genŏuefa, Ludòuicus.

Variatio.

Controuersia.

V, ANTE CONSONANtes in mediis.

V, ante b.

V, *Ante b, in mediis, breuiatur: vt, Lugŭbris, Cornŭbus.*

Exceptis, Ambubage, tibicina.

Anubis, is, vel idis. Corrŭba, herba. Salŭber Insuber, id est, fluuius.

Solŭbilis, & hoc solubile.

Volŭbilis, & hoc volubile.

Submonitio.

Non erit inutile, eorum meminisse, quæ ex nubo fiunt: vt, Innŭba, Connŭbium, &c.

V, ante c.

V, ante c, in mediis, longatur: vt, Sambūcus, Mandūco, &c.

Excipiuntur, Bardŭcus, Volŭcer, cris.

Submonitio.

Memineris dictionum, quas prius docuimus: vt, Connubium, quod variatur: & Pronŭbus, Innŭbus, quæ corripiuntur.

V, ante d.

V, ante d, in mediis, producitur: vt, Testūdo, Palūdo, &c.

Excipiuntur, Dryŭda, aut Druyda.

Submonitio.

Notentur è breuibus deducta: vt, Dispŭdet, Repŭdium, Contŭdi, & id genus.

V. ante f.

V, ante f, in mediis, corripitur: vt, Carnŭfex, Lanŭficium.

Submonitio.

Hæc per i, nunc proferuntur: olim per u: vt, Carnifex, Lanificium.

V, ante g.

V, ante g, in mediis, longatur: vt, lanūgo.

Submonitio.

E breuibus deducta, simplicis quantitatem habent: vt, Coniŭgium, Coniŭgo, gas.

V, ante l.

V, ante l, in mediis breuiatur: vt, Figŭlus, a, um. Singŭlus, a, um.

Excipiuntur deriuata in ulis: vt, Tribūlis, Edūlis, &c.

Deriuatiua in ulium: vt, Fursūlium, Parotūlium, &c.

Composita à dulos, id est, seruus: vt, Philodūlus, Hierodulia, &c.

Composita ex bule, id est, consilium: vt, Cleobūlus, Chærobūlus, &c.

Ancūleolus. Apūlia, regio.

Amūlius, viri nomen.

Adūlor, olim Adulo.

Adūlescens, alij Adolescens.

Betūlia, regio. Epūlis.

Getūlia: sic Getūlus. Iūlus, &c.

Pecūlium: hinc Pecūliaris. Portūlaca.

Parūlis, tumor. Tramūlius.

Variantur, Cuculus. Torcular. Sabulones.

V, ante m.

V, ante m, in mediis, producitur: vt, Argūmentum, Legūmen.

Excipiuntur, Nomina in mentum, à verbis secundæ: vt, Docŭmentum, Monŭmentum. Autŭmo, existimo. Colŭmella. Colŭmen: hinc Incolŭmis. Cucŭma, vas. Cucŭmis, vel mer. Crustŭmium: hinc Crustŭmia. Crustŭmerum, & Crustŭmeri. Emolŭmentum, vtilitas. Irrŭmo, as. Lucŭmo: sic Lucŭmeni, & Lucŭmones. Partŭmeius, puer. Posthŭmus: sic Posthŭmianus.

Submonitio.

Memineris antiquorum, quæ u, pro i, habebant: vt, Decŭmus, pro decimus: & à breuibus deductorum: vt, à Tŭmor, Tŭmeo, Contŭmax, Contŭmelia.

V, ante n.

V, ante n, in mediis longatur: vt, Lacūna. Lacunar.

Excipiuntur, Albŭnea, mons, & fons. Albŭnecar, rex Hyberniæ.

V, ante p.

V, ante p, in mediis corripitur: vt, Centurŭpe, Etŭpus.

Excipiuntur, Arūpinus, populi nomen. Erigdupus, nomen viri. Marsūpium.

V, ante r.

V, ante r, in mediis, producitur: vt, Itūrei.

Hetrūria.

Excipiuntur, Anxŭrus, Iuppiter.

Amŭratus, populus. Arcŭrius.

Bitŭriges, vel Bitŭri, populi.

Cammŭrus, id est curuus.

Centŭripe, oppidum. Centŭria: sic Centŭrio. Decŭrio, princeps.

Lemŭres, visiones quædam.

Ligŭria. sic Ligŭrinus.

Mercŭrius, Deus. Sabŭra, viri nomen.

Palphŭrius, viri nomen. Purpŭra, piscis.

Satŭra, oppidum. Satŭreia, herba.

Satŭro, as, sic Satur, satŭri.

Satŭrius, nomen viri. Tugŭrium

Vultŭrius: sic Vultŭris.

Verba in rio, & quicquid inde est: vt, Esŭrio, Luxŭrio: sic Luxŭria.

Præter, Scatūrio, is. Cucūrio, ris. Ligūrio.

Variantur, Mamurius, proprium viri. Masurius, iurisconsultus.

V, ante s.

V, ante s, in mediis, longatur: vt, Medūsa.

Excipiuntur, Blandŭsia, regiuncula.

Brundŭsium, oppidum.

Canŭsium, oppidum. Cadŭsij.

Perŭsinus, a, um. Volŭsius.

Volŭsus, viri nomen.

Variantur, Hierusalem, Venusinus.

Adnotatio.

Ebŭsus, viri nomen, corripitur.

Ebusus, insula, variatur.

V, ante t.

V, ante t, in mediis, producitur: vt, Præpūtium, Argutus: & composita à futo: vt, Confuto, Refuto, &c.

Excipiuntur, Arbŭtus: vnde Arbŭteus, a, um. Calistrŭtia, herba. Defrŭtum. Diuturnus. Minŭtius, viri nomen.

V, ante u.

V, ante u, in mediis, corripitur: vt, Vesŭuius, Ianŭuius.

FINALIVM SYLLABARUM QUANTITAS.

A, finale.

A in fine dictionis casualis, corripitur: vt, Dogmă, Armă, Musă: sic Planetă, Medeă.

Exceptio.

I. *Ablatiui vndequaque veniant: vt, ab hoc Andreā, Anchisā, ab hac Musā.*

II. *Vocatiui nominum, quæ in as, exeunt: vt, ô Athlā, ô Thomā.*

A, in fine dictionis non casualis, producitur: vt, Aedificā, Frustrā, Præterea, Contrā, Heha.

Excipiuntur, Ită, Quiă, Eiă.

Variatio.

Contra, Postea, Vltra, & numeralia in ginta.

Adnotatio.

Putā, verbum, id est, cogita, vltimam longat. Pută, aduerbium, id est, certè, eandem corripit.

E, finale, in nominibus.

E, finale, in nominibus, breuiatur: vt, Christĕ, Herculĕ, Vlyssĕ: sic in pronominibus, Illĕ, Istĕ, Ipsĕ.

Exceptio.

I, *Quæ sunt primæ declinationis, in quocunque casu, e, producunt: vt nominatiuo Grammaticē. genitiuo, & datiuo Virgæ, vocatiuo, & ablatiuo, Manassē. Pluraliter nominatiuo, & vocatiuo, Puellǣ, Bestiǣ.*

II. *Item, quæ sunt inflexionis quintæ, e, ablatiui producunt, cum compositis eorum aduerbiis: vt, Rē, Diē, sic Quarē, Hodiē.*

III. *Item, quæ pluralia tantùm sunt in e: vt, Tempē, Cetē.*

Variatio.

Fames, quia olim quintæ inflexionis fuit, nunc tertiæ, e, commune tenet.

E, finale in verbis.

E, in fine cuiuslibet verbi, corripitur: vt, Amatĕ, Docerĕ, Legĕ, Auditotĕ.

Excipiuntur, E, finale in secunda persona imperatiui modi, temporis præsentis, numeri singularis, coniugationis secundæ, quod producitur: vt, Studē docē, & huiusmodi.

Submonitio.

Non desunt quædam verba, nunc secundæ, quæ olim tertiæ fuerunt: vnde e, finale huiusmodi commune apud poëtas inuenire est, quos imitari poteris, modò in opere non absimili.

E, finale in aduerbiis.

E, in aduerbiis ab adiectiuis, declinationis secundæ, cuiuscunque gradus cōparationis sint, aut etiam nullius, producitur: vt, Rectē, Rectissimē. Item, Piē, Egregiē, Eximiē.

Submonitio.

Quæ à nominibus declinationis alterius descendunt, illud e breuiant: vt, Dulcĕ, id est, dulciter, Leuĕ, Mollĕ: sic Ritĕ, Nempĕ, Quippĕ, &c.

Superlatiua tamen semper produces: vt, Fortissimē, Minimē. Excipiuntur,

I. Benĕ Malĕ, & Magĕ, quæ in positiuo e, corripiunt.

II. Fermē, & Ferē, producunt e.

E, finale in interiectionibus.

Interiectio, quæ in e desinit, e corripit: vt, Eugĕ.

Excipiuntur, Eachē, Ohē, Papē.

E, finale in monosyllabis.

Dictiones monosyllabæ, e productum habent: vt, Mē, Tē, Sē, Præ, Dē, E, Hē.

Excipiuntur syllabicæ adiectiones in e, quæ dictionibus adiunctæ, corripiuntur: vt, Huiuscĕ, Tuĕ, Suaptĕ.

Adnotatio.

I. *Quæ, pronomen, producitur. Quĕ, coniunctio, corripitur.*

II. *Nĕ, cum interrogat, correptum est.*

Nē cum affirmat, aut prohibet, productum.

III. *Vĕ, coniunctio enclitica, breuiatur.*

Vē, interiectio execrantis, producitur.

I, in vltimis.

I, in fine dictionis, longatur:, vt, Dominī, Suī, Audī. Vesperī.

Excipiuntur, Moly̆, herba. Sicutĭ.

Vocatiuus tertiæ declinationis in i: vt, Alexĭ, Amaryllĭ, Phyllĭ.

Variantur, Cui, Ibi, Mihi, Nisi, Quasi, Sibi, Tibi, Vbi.

Datiuus Græcus in i: vt, Peladi, Thetidi.

Indeclinabile nomen in i: vt, Gummi, Sinapi.

O, finale.

O, in fine partium orationis, variatur: vt,

Leo,

Leo, Ego, Scribo, Amando.

Modò, tantùm corripitur.

Exceptio.

I. *Datiui, & ablatiui nominum secundi declinatus: vt, Dominō, Glyceriō, quæ longantur tantum.*

II. *Genitiuus singularis, à nominatiuo in os: vt, huius Apollō, ab, Apollos, quod etiam producitur.*

III. *Græcum nomen in o, cuius genitiuus fit in us: vt Sapphō, Sapphus: Cliō, Clius: quæ similiter longantur.*

IIII. *Vox monosyllaba: vt, Stō, Flō, Prō, quæ itidem longantur.*

V. *Aduerbium ablatiui, declinationis secundæ formam gerens: vt, Certō, Rectō, quæ etiam producuntur.*

Variatio.

Citò, velociter. Crebrò, frequenter.
Iuno, Iouis, vxor. Mutuò, vicißim
Primò, primitus. Profectò, certè.
Seduiò, diligenter. Serò, tardè.
Verò, sed, vel certè.

Adnotatio.

I. *O, Aduerbium, seu interiectio, alteri vocali præpositum, variatur: vt, Te Coridon, ô Alexi, trahit, &c.*

O, & præsidium, &c.

Præpositum autem consonanti, semper longatur:

tur: vt, O, mihi tam longè, &c.

11\. *Ergŏ, indeclinabile nomen, pro causa, o, semper corripit.*

Ergo, coniunctio, o, commune habet.

V, in vltimis

V, in fine dictionis, longatur: vt, Iesū, Gelū, Quercu, &c.

B.

B, in fine dictionis Latinæ, breuiatur, Ob, Ab.

Submonitio.

B, in fine dictionis peregrinæ, producitur: vt, Iŏb, Aminadāb.

C.

C, finale longatur: vt, Sīc, Lāc.

Exceptis, Donĕc, Hormidăc, Nĕc.

Variatio.

Fac, à Facio.

Adnotatio.

Hīc, aduerbium, semper longatur: sic Illīc, Istīc, & huiusmodi.

Hic, pronomen, variatur. Eius tamen obliqui solum producuntur: vt, Hōc, Hāc, Hāc.

D.

D, in fine dictionis breuiatur: vt, Apŭd, Bogŭd, Dauid.

F, G, H.

F, G, H, regulas vocalium, quibus proximè

adhæ

adhærent, sequuntur: vt, Vah, Vesperug.

L.

L, in fine dictionis corripitur: vt, Annibăl, mĕl, fĕl, nihil.

Excipiuntur, Baāl. Sāl, condimentum edulıorum.

Nīl, syncopa, à nihil. Sōl, vnus planetarum. Tanaquīl.

Hebræa exeuntia in l: vt, Michaēl, Michōl.

N.

in, fine dictionis, producitur: vt, Nōn, Dæmōn, Sīmon, &c.

Exceptis, An, interrogatiuum.

In: sic Exĭn, proĭn, Forsăn, Forsităn, Tamĕn: sic Attamĕn.

Item, quæcūque per apocopen, n, habĕt: vt, Vidĕn', Egon', Satĭn', id est, Vidésne, Egóne, Satísne.

Submonitio.

I. *Nomen in n, inflexionis tertiæ, cuius genitiuus exit in inis, vltimam corripit: vt, Numĕn, Flumĕn, Crimĕn.*

Quod aliter genitiuum format, vltimam producit: vt, Titān, Delphīn, Dæmon, &c.

II. *Nomen in on desinens, declinatus ter tij, vltimam productā habet: vt, Ericōn, Agamemnōn. Sic omnis genitiuus pluralis Græcus in on, vltimam etiam producit: vt, Epigrammatōn, Poëmatōn, &c.*

At in on, declinationis secundæ, vltimam habet correptam: vt, Iliŏn, Glyceriŏn.

III. *Accusatiuus in n, à nominatiuo breui, vltimam breuiat: vt, Menelaŏn, Ibĭn: quia Menelaus, & Ibis, vltimam corripiunt.*

Verùm, nominatiuo producto, producit vltimam: vt, Anchisēn, Aeneān: quia Anchisēs, & Aeneās, eandem producunt.

P.

P, finale, longatur: vt, Volūp, Iosēph.

R.

R, in fine, corripitur: vt, Calcăr, Mulĭer, Martўr, Sorŏr, Murmŭr, Loquĕr.

Excipiuntur, Lār, lāris, deus familiaris. Fār, fārris. Fūr, fūris. Nār, nāris, fluuius Italiæ. Pār, pāris, siue substantiuum, siue adiectiuum.

In er, etiam nomina, quæ genitiuū in eris, longa penultima formant: vt, Cratēr, ēris: Vēr, ēris, &c. Et Ibēr, ibēris, populus.

Aethēr, eris, splendor. Aēr, ēris, elementum.

Variatio.

Cor, cordis. Celtiber, populus.

Et composita à par: vt, Impar, Dispar.

As.

As, in fine producitur: vt, Regnās, Musās, Aequitās.

Exceptio.

Nominatiuus in as, cuius est genitiuus in adis.

adis, vel ados: vt, Pallăs, Arcăs.

Accusatiuus pluralis declinatus tertij: vt, Dæmonăs, Canonăs.

Variatio.

Helias, prophetæ nomen.

Es.

Es, producitur: vt, Speciēs, Parentēs, Amēs, Totiēs.

Exceptio.

Es, generis tantùm neutri: vt, Cacoëthēs, Hippomanēs, Penēs, præpositio: Inquiēs, inquietis.

Submonitio.

I. *Accusatiuus pluralis tertiæ declinationis, cuiuscunque terminationis sit nominatiuus, modò genitiuus crescat, productum habet es: vt, Dæmonēs, Delphinēs, Titanēs, Lichenēs. At vbi genitiuus non crescit: es, in plurali producitur: vt, Alpēs, Charybdēs, &c.*

II. *Nominatiuus in es, declinationis tertiæ, cuius genitiuus singularis corripit penultimam, breuiatur: vt, Milĕs, Siramĕs, Interprĕs.*

Præter, Cerēs, Cereris. Ariēs, etis.
Pariēs, parietis. Abiēs, abietis.

Verùm, si genitiui penultima producatur, vt, Tapēs, ētis, Chremēs, ētis, &c. rectus etiam longatur.

Adnotatio.

Es, à sum, breuiatur: & in compositis etiam: vt,

vt, Adès, Potès.

Es, ab edo, longatur: sic in compositis: vt, Obēs, Ambēs.

Is.

Is, in fine corripitur: vt, Matrĭs, Legĭs.

Excipiuntur quæ genitiuum finiunt in itis, inis, vel entis: vt, Dīs, ditis: Delphīs, inis: Pyroīs, entis.

Quicunque casus plurales in is: vt, Sardīs, Puerīs, Omneīs.

Secunda persona numeri singularis, cuius secunda pluralis desinit in itis, longat penult. vt, Audīs, Vēlīs, Sīs.

Glis, Vīs tam verbum, quàm nomen, cum compositis: vt, Quanuīs, Quiuīs.

Adnotatio.

I. *Quĭs in nominatiuo singulari, corripitur. Quīs, in datiuo vel ablatiuo plurali, producitur.*

II. *Thetys, yos, Oceani vxor, variatur. Thetĭs, Thetidis, Achillis mater, corripitur tantum.*

Os.

Os, productum est: vt, Dominōs, Nepōs, Sacerdōs, &c.

Exceptio.

Genitiui in os, quotacunque declinationis, corripiuntur: vt, Thydeŏs, Orpheŏs, Lampadŏs,

&

& Compŏs, otis. Impŏs, otis.

Adnotatio.

I. *Os, oris, longum est. Os, ossis, breue est.*

II. *Rectus Græcus in os, declinationis secundæ, cuius genitiuus est in i, breuiatur: vt, Samŏs, Logŏs, Delŏs. Sed Græcus rectus in os, cuius genitiuus exit in o, producitur, vt, Apollōs, Androgeōs.*

Vs.

Vs, finale, corripitur: vt, Deŭs, Meŭs, Tempŭs, Manŭs.

Exceptio.

I. *Vs, in omni casu quartæ inflexionis (exceptis nominatiuo, & vocatiuo singularibus, qui breuiantur) longatur: vt, Huius manus, Has manūs, O manus.*

II. *Genitiuus Græcus tertij declinatus: vt, Sapphūs, Didūs, &c. à Sappho, Dido.*

III. *Dictio monosyllaba in us: vt, Rūs, Iūs, Grūs, & huiusmodi.*

IIII. *Nomen in us, cuius vocatiuus desinit in u: vt, hic Iesūs, ô Iesu: hic, Panthūs, ô Panthu.*

V. *In us nomen, cuius genitiuus desinit in odis: vt, Oedipūs, Oedipodis.*
In vris: vt, Tellūs, telluris.
In vdis: vt, Incūs, incudis.
In vtis: vt, Salūs, salutis.
In ontis: vt, Opūs, ontis.

T.

T, in fine dictionis, breuiatur: vt, Capŭt, certăt, currit.

Variatio.

Syncopata verba, t, finale commune habent: vt, Interiit, pro interiuit.

Audiit, pro audiuit.

ACCENTVS DEfinitio.

ACCENTVS, *lex est, qua syllaba eleuatur, aut deprimitur.*

Accentus triplex.

Acutus, quo syllaba acuitur, & tali signo noscetur facile ' : vt nux.

Grauis, quo syllaba deprimitur, & tali signo noscitur ` : vt, certè, aduerbium.

Circunflexus, quo eleuata deprimitur: & tali signo noscetur facilè ^ : vt, stô.

REGVLAE.

Monosyllaba dictio breuis natura, etsi positione longetur, acuitur: vt, In, Pér, Núx, Níx.

Monosyllaba dictio, naturaliter producta, circunflecti debet: vt, Mê, Tê, Dôs, Sto, Stâs.

Dissyllaba dictio, quantaquanta sit, accentum habet in priori: vt, Mâter, Mêa, Dêus.

Polysyllaba dictio, cuius penultima longatur, in ea accentum habet, quantæcunque sint syllabæ cæteræ: vt, Românus, Sacêrdos.

Polysyllaba dictio, cuius penultima correpta est, in antepenultima accentum habet, etsi eadem syllaba etiam breuietur: vt, Dóminus mulíeris.

Exceptio.

I. *Vltima interrogationis semper acuitur: vt, Quis me vocát?*

II. *Dictio composita, ne videatur oratio, accentum habet in priori parte: vt, Deórsum, Seórsum, Désuper.*

III. *Barbara dictio, in fine acuitur: vt, Iacób, Esróm. Quòd si Latinè declinetur, Latinum accentum habet: vt, Adâmus, Iôbus.*

IIII. *Græca itidem dictio Græcanicè scripta, & inflexa, accentus Græcos seruat: ad Latinam inflexionem reducta, Latino accentu profertur: vt, Símois, &c.*

Submonitio.

Hanc accentuum qualemqualem traditionem, à Grammaticis compluribus diuersam esse non inficior: eam tamen ad ecclesiasticum concentum esse satis arbitror. Proinde, qui phalerata pronuntiatione gaudebit, ad alios se vertat.

*

EX

EX DESPAVTERII VERSIFICATOria, fragmenta quædam, vt nihil desit quod ad hanc artem desiderari debeat.

Carminis & Metri, seu Versus definitio.

QVID *est Carmen? Oratio strictiori pedum lege coërcita, & ornatissimum dicendi genus. Vnde dicitur carmen? A canēdo, quòd sit aptum cantibus: non quòd lenocinio vocis cantanda sint carmina, sed cum quadam grauitate pronuntianda. Nam, authore Cæsare, qui bene legit carmina, bene cantat: qui verò bene cantat, malè legit. Quomodo aliter dicitur carmen? Metrum, ex eo quòd certa pedum mensura carmen metiri soleamus. Quomodo aliter? Versus, quòd tandiu verti debeat, quoad rectè constituatur: vel quia vno versu finito, ad principium alterius vertamur.*

De pede.

Quid est Pes? Metrica syllabarum constitutio. Dicti autem sunt pedes, quia quemadmodum pedibus ambulamus, sic carmina quibusdam quasi pedibus incedere videntur: vel quia per eos veluti

ſcalarum gradus, carmina ſcandimus. Quid eſt Scanſio? Legitima metri in ſingulos pedes diſtinctio. Dic aliquot ex vulgatioribus carmina. Hexametrum, Pentametrum, Sapphicum, Aſclepiadæum, Phaleucium. Habéſne ſuper his regulas? Habeo. Oſtende.

Hexametrum carmen, eiúſquè compoſitio.

Hexametrum ſenis carmen pedibus fit: & vſque
Dactylus eſt quintus: ſextam ſibi vult regionem
Spondeus: reliquíſque locis ſit vterlibet horum.

Dic ſenſum. Carmen hexametrum ſex pedibus conſtat, quorum quatuor primi ſunt dactyli vel ſpondei: quintus tantùm dactylus, ſextus verò ſpondeus. Quid eſt dactylus? Eſt pes conſtans tribus ſyllabis, quarum prima eſt longa, & duæ vltimæ breues: vt, Scrībĭtĕ, cārmĭnă. Quid eſt ſpondeus? Eſt pes conſtans duabus ſyllabis longis, vt, Dōrēs, ſcrībūnt. Affer exemplum carminis hexametri. Arma virúmque cano, Troiæ qui primus ab oris. Scande, Armă vĭ, dactylus. rūmquĕ că, dactylus. nō Trō, ſpondeus. iæ quī, ſpondeus. prīmŭs ăb, dactylus. ōrīs, ſpondeus. Scande, id eſt, diſtingue pedes, metire carmē, &c. Cur dicitur Hexametrum? Quia ſex pedum ictibus ipſum metimur: ab ἕξ, id eſt, ſex, & μέτρον, id

eſt,

est, mensura. Quid in id annotari præcipit Despauterius? Hæc sequenti litera contenta.

Pedes nothi siue illegitimi in hexametro.

Hæc te legitimè docui: nam sæpe poëtæ
Ipsa minus seruant. tu quanta licentia cautus
Est permissa vide, ne quando turpiter erres.
Nanque rei grauitas quinta in regione locauit
Spondeum, veluti, Magnum Iouis incrementum.
Dátque pedes alios Maro: tu puer elige legem.

Explica. Heroici versus pedes legitimi, id est, ex carminis lege debiti, sunt dactylus & spondeus: admittuntur tamen nothi, id est, illegitimi, per poëticam licentiam, quam cauebis, quia rara occurrit: nec nisi in magnis operibus eorum poëtarum, qui extra omnem inuidiæ aleam positi sunt. Poëtæ itaque in quinta regione sæpe spondeum locant, vbi rei grauitas & maiestas significatur, aut mœror & languor: tamen id rarò est faciendum. Vergilius, Chara deûm soboles, magnum Iouis incrementum. Idem, Túne ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ. Et iterum, de Sinone maximam tri-

ſtitiam languorémque ſimulāte, Conſtitit, atque oculis Phrygia agmina circumſpexit. Hi verſus, ſpondaici dicuntur. Quandoque ſexto loco eſt dactylus, ſed vix, niſi hypermeter locum habeat. Virgilius, At tuba terribilem ſonitum procul excitat horrida. Ob eam rem tales verſus, dactylici appellantur. Reperiuntur & alij pedes in diuerſis locis hexametri, qui ſunt Iambus, Anapæſtus, Proceleumaticus, niſi cæſuræ licentiam eſſe velis. Tu licentiam cauebis, niſi tantus fueris, quanti hi apud quos ea licentia reperitur: & tum ita cautè, & ita parcè vtēris, vt veteres. Qui ſunt hi pedes quorum modò meminiſti? Iambus, eſt pes conſtans duabus ſyllabis, priore breui, altera longa: vt, dŏcēns. Anapæſtus, pes conſtans tribus ſyllabis, quarum duæ primæ ſunt breues, & vltima longa, vt ănĭmāns. Proceleumaticus, pes qui conſtat quatuor ſyllabis breuibus, vt ărĭĕtĕ: & vertitur in dactylum per ſynæreſin, quaſi i, vocalis fiat conſonans. Eſt autem Sinæreſis, duarum ſyllabarum in vnam propter verſum contractio. Subiice reliqua.

Vltima verſus anceps.

Vltima cuiuſque eſt communis ſyllaba verſus.
Ne credas eſſe in ſexta regione trochæum.

Vltima

Vltima syllaba cuiuscunque versus est anceps, id est, communis, siue ad placitum, quod dixit Alexander.

Penthemimeris cum aliis cæsuris.

Per penthemimerim breuis est producta
licenter.

Penthemimeris, vst vbi post duos pedes manet syllaba partem orationis finiens: veluti, Omnia vincit amor. hîc post duos pedes, ōmnĭ ă, vīncit ă, manet syllaba mōr, finiens hanc orationis partem amor: cuiusmodi syllaba inuenitur licenter produci, si naturaliter sit breuis: ne dicatur tertio loco esse iambus, quem non recipit heroicum, teste Quintiliano. Alibi, At tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis.

Pentametrum carmen.

Pentametrum vult quinque pedes, pes
tertius esto
Semper spondeus: quartus, quintúsque
anapæstus.
In reliquis spondeus erit, vel dactylus,
vt vis.

Pentameter versus constat quinque pedibus, quorum tertius semper spondeus est: quartus & quintus anapæsti: reliqui spondei, aut dactyli, vel hi mixti, vt vis. Semper autem adsit penthemimeris, siue cæsura. Exemplum, Omnibus inuideas

liuide, nemo tibi. Metire: ōmnĭbŭs, dactyl. īnuĭdĕ, dactyl. ās lī, spond. vĭdĕ nē, anapæst. mŏ tĭbī, anapæst. Alij scandendo post duos primos pedes faciunt cæsuram: deinde duos dactylos sumunt cum altera cæsura: sic, Arte leuis currus, arte regendus amor. ārtĕ lĕ, dactyl. vīs cūr, spond. rus, cæsura: ārtĕ rĕ, dactyl. gēndŭ, ă, dactyl. mōr, cæsura. Vnde dicitur Pentameter? A, pente, id est, quinque, & metron, mensura: quia quinque habet mensuras, seu pedes. Pentameter versus cum hexametro iunctus, facit carmen elegiacum, miseriis, aliis etiam rebus scribendis aptum: quale est,

Fortunam reuerenter habe, quicunque repente
Diues ab exili progrediére loco.

Et debet cum eo sensum concludere aut suspendere, ita vt in sequentibus duobus penitus absoluatur.

Asclepiadæum carmen.

Vult Asclepiadis versus spondeon habere
Principio: binos hinc ritè capit choriambos.
Pyrrichius sequitur, quo non velocior alter.

Asclepiadæus versus constat spondeo, duobus choriambis, & pyrrhichio: vt, Sanctorum meritis inclyta gaudia. Distingue pedes: Sānctō, spond.

spond. rūm mĕrĭtīs, choriamb. īnclÿtă gaū, choriamb. dĭă, pyrrhich. Quis pes choriambus? Qui constat quatuor syllabis: quarum prima est longa, secunda breuis, tertia breuis, quarta longa: vt, nôbĭlĭtās. Quis pyrrhichius? Qui ex duabus breuibus conficitur. Vnde dicitur versus Asclepiadæus? Ab Asclepiade inuentore.

Sapphicum carmen.

Quinque pedes Sapphus carmen capit: esse trochæus
Vult primus, quartúsque, & quintus: tertius autem
Dactylus: ipse locum sumes spondee secundum.
Hoc carmen post tres versus sibi iungit Adonis
Metrum: quod sic fit, spondeum dactylus anteit.

Carmen Sapphicum constat trochæo, spondeo, dactylo, duobus trochæis: veluti, Vt queant laxis resonare fibris. Metire. ut quĕ, trochæus, ānt lā, spondæus, xīs rĕsŏ, dactylus, nārĕ, trochæus, fibrĭs, trochæus. Huic carmini post tres versus, subditur Adonium, siue Adonicum: sic dictum ab Adone puero, vel ab Adone inuentore, dactylo & spondeo constans: vt, Nubibus atris, Condita nullum, &c. Nomen habet à Sappho puella, primùm hoc genere apud Græcos

versa. Quid est trochæus? Pes, qui ex longa & breui constituitur: vt, sōluē.

Phaleucium carmen.

Quum facies carmen quod composuisse Phaleucus
Dicitur, in prima spondeus erit regione:
Dactylus inde datur, triplicem cui iunge trochæum.

Phaleucium constat spondeo, dactylo, & tribus trochæis: vt, Passer deliciæ meæ puellæ. Scande. Pāssēr, spond. dēlicĭ, dactyl. æmē, trochæus. æ pŭ, trochæus. ēllæ, spond. Nomen accepit à Phaleuco inuentore: & dicitur aliàs hendecasyllabum, quod sine synalœpha & ellipsi vndecim est syllabarum. Quæ sunt scansioni figuræ potißimum deseruientes? Synalœpha, Ellipsis, synæresis, Diæresis. Profer de his regulas.

M, necat ellipsis, ceu vocalem synalœpha,
Dictio dum sequitur, quæ à vocali incipiatur.

Ellipsis est m, literæ cum sua vocali detractio, absumptio vel interemptio, quoties dictio aliqua in m, literam desinit, & dictio sequens à vocali inchoatur: vt in hoc versu, Virtutem primam esse puta, compescere linguam. Scande. Virtū, spond. tēm prī, spond. mēsse pŭ, dactyl. m,

& a,

& a, absumpta. tā cōm, spond. pēscērē, dactylus. linguām, spondeus. Item, Multum ille & terris, &c. Scanditur sic, Mūltūl, lēt tēr, &c. Aliquando tamen non interimitur. Ennius, Insignita ferè tum millia militum octo. Priscianus, Et formam contra positarum imagine coni. S, quoq; sola aliquando interimitur. Lucretius, Arboribus veteres decidere falcibus ramos. Aliquando cum vocali praecedente. Virgilius, Aut ouium foetus, aut vrentes culta capellas. Sic scanditur, Aūt ōuī, dactylus ūm fœ, spond. taūt ū, spond. rēntēs, spond. cūltă că, dactyl. pēllās, spond. Synalœpha, est vocalis detractio, quoties in ea dictio desinit, & sequens à vocali exordium sumit: vt, Sera nimis vita est crastina, viue hodie. Scande. Sēră nĭ, mīs vī, tēst crā, stĭnăuī, vhŏdiē. Quòd si versus finiatur in m, vel in vocalem, & sequens à vocali incipiatur, nulla erit ellipsis, aut synalœpha, praeterquam in paucis versibus, qui dicuntur Hypermetri, vbi in versu finito manet syllaba, in m, vel in vocalem desinens, quæ à principio alterius versus absumitur. Virgil. 10. Aeneid. Sternitur infelix alieno vulnere, cœlúmque Aspicit, & dulces, &c.

Vocalis non absumpta, sed correpta tantùm.

Non perimens longam, rarò breuiare poëta

Consue

Consueuit : veluti, Sunt insulæ ore canendæ.

Vocalis ante vocalem non semper absumitur, sed aliquando longa solùm corripitur: quod notandum magis, quàm imitandum. Virgilius, Et longum formose vale, vale, inquit Iola. Idem, Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt? Priscianus, Nunc magno nobis sunt insulæ ore canendæ.

Vocalis ante vocalem immutata.

Id mirare magis, vocalem nil variatam
Interdum cernes, velut Ionio immenso.

Aliquando vocalis manet inuariata: sed id quoque magis notandum, quàm imitandum. Ouidius, Iactari quos cernis in Ionio immenso. Versus est spondiacus. Virgilius, Et succus pecori, & lac subducitur agnis, &c.

O, & Heu.

Heu, O, non perimes: at O interdum breuiabis.

O, & Heu, ante vocales, integra manent. Ouidius, O vtinam tunc cùm Lacedæmona classe petebat. Virgilius, Te Corydon ô Alexi, trahit sua quenque voluptas. vbi ô etiam corripitur. Ouidius, Heu vbi pacta fides? vbi quæ iurare solebas? &c. In his ergo synalœpha nihil iuris habet.

Vocalis ante vocalem in eadem dictione absumpta.

Vocalem perimunt plerunque in nomine eodem:
Sic Maro docte refers, aluearia vimine texta.

Synalœpha fit nonnunquam in eadem dictione. Virgilius, Seu lento fuerint aluearia vimine texta. Scande, Aluaria. Propertius, Eosdem habuit secum, quibus est elata capillos. Scande, Osdhabu,it se, &c.

Synæresis nulli vitanda.

Omnibus ista licent, huic, cui, dij, diis quoque, dehinc, dein,
Proin, deest, semianimis, prout, deorsum prehendere, seorsum:
Sic ij, sic iisdem. Quædam diuisa legũtur.

Synæresis, duarum vocalium naturaliter diuersarum in vnam contractio: vt, Thesi, pro Thesei: Phethon, pro Phaethon: auris, pro aureis: vt, Aria dependent lychni laquearibus aureis. In sequentibus solet esse licita in carmine, huic, cui, dij, diis, dehinc, dein, proin, deest, semianimis, semiustus, semihomo, prout, deorsum, seorsum, prehendo, ij, iisdem: vt, Huic coniunx Sichæus erat. Cui pendêre sua patereris, &c. Quædam diuisa leguntur. Nam Huic, interdum dissyllabum est. Sidonius, Assurrexit huic, coxit quot torridus Auster. Albinus, Ille cui ternis Capitolia

pitolia celsa triumphis.

Diæresis.

Scandere si bene vis, tu nosce diæresin aptè:
Ex vna per quam duplex fit syllaba semper.
Sic sylüæ vates lyricus trisyllabon effert.

Diæresis, est vnius syllabæ in duas diuisio: vt, Syluæ dissyllabum est, sed vates lyricus Horatius per tres syllabas Sylüæ dixit: ideo notitia huius figuræ ad scāsionem necessaria est. Diæresis, id est, diuisio. Diæreo, id est diuido.

I vocalis, vbi malè putatur esse consonans.

Nominibus Græcis non consonat I, vel Hebræis.
Quapropter dices Iacobus, Iābus, Iaspis.
Profer Iulus, Iapyx, Ioannes, & Iesse:
Suauéque ab indoctis laniatum nomen Iesus.

I, litera neque in Græcis, neque in Hebræis vnquam est consonans: vnde Iacobus quatuor syllabarum est, non trium: Iambus, Iaspis, Iulus, Iapyx, Iesse, Iason, Ioseph, Iacob, Ionas, &c. trium. Iob duarum. Iesus, autem semper trisyllabum est. In quo bis peccauit Alexander ibi, Dat Iesus um quarto, &c. quòd Iesus dissyllabum protulerit, vt i, sit consonans: & e, ante s, producendum breuiauerit.

QVOT SVNT REGVLAE *Generales quantitatis syllabariæ? Duodecim. Cedo, quæ?*

Prima de Positione.

Dum postponuntur vocali consona bina,
Aut duplex, longa est positu. Quòd si duo subsint
Finali; rarò positu producitur illa.

Vocalis naturaliter breuis, quam duæ consonantes continuò sequuntur, ita vt vna consonantium in eadem dictione ipsi vocali adhæreat, aut vocalis quam in eadem dictione sequitur duplex, id est, x, & z, vel i, consonans in medio dictionis non compositæ, inter duas vocales posita, vt, Maia, producitur ea vocalis positione siue positu consonantium vel duplicis. Cur dixisti, Vocalis? Quia omnis syllaba, gratia vocalis, quanta dicitur. Cur dixisti, Ita vt vna consonantium, &c. Quia non oportet vtranque in eadem syllaba locari: sed vna potest esse in fine vnius dictionis, & altera statim in principio alterius dictionis sequentis. verbi gratia, a, in at, corripitur: eadem, si consonans in principio sequentis dictionis ponatur, producetur. Virgilius, At regina graui, &c. Exempla regulæ sunt, tempus, annus, lustrum, dixerunt, axymus, aio, &c. Consonans bis posita, pro duabus habetur, vt prima in annus,

nus,&c. Declara illud, Quòd si duo subsint finali,rarò,*&c.hoc est,Oportere ex iis consonantibus alteram semper esse iunctam cum vocali. Nam si qua dictio terminatur in vocalem breuem, & huic subiicio in versu dictionem, in cuius initio sint duæ consonantes, fallor, si pũto illam vocalem finalem breuem posse produci positione, quanquam hoc factum aliquando reperiatur: vt apud Iuuenalem,Occulta spolia,& plures de pace triumphos. ōccul, spond. tā spolĭ, dactylus hic, tā, longa positione consonantium, sp. sed quod tam rarum est, non est trahendum in exemplum.*

Regula secunda de Liquescentia.

Cum muta liquidam scribens in syllaba eadem,
Ancipitem ponas vocalem, quæ breuis esset.
Hanc tamen in prosa semper breuiare iubemus.
Sunt l,& r, liquidæ: queis raro iungimus n,m.

Quando vocalem natura breuem sequuntur muta & liquida,eandẽ cum sequente vocali constituentes syllabam,ita tamen vt præcedens vocalis in eadem dictione ponatur, ipsa est anceps in versu, in prosa verò semper correpta. Mutæ sunt, b, c, d, f, g, k, p, q, t. Liquidæ l, & r, & aliquando

do n, m, Ouid. Et primò volucri similis, mox vera volucris. Virgilius, Albanique patres, &c. Ouidius, Tempus Atla veniet. Sic ibidem, Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas, &c. De n, & m, rariora sunt exempla: vt, arithmos, id est, numerus: & cygnus, quæ corripiuntur. Cur dixisti in regula, Vocalem natura breuem? Quia quæ sine positione producitur, nulla liquescentia potest corripi: vt prima in Matrimonium, &c. Cur dixisti, Eandem cum sequente? &c. Quia alioqui liquescentia locum non haberet: vt, Abnuo, obruo, &c.

Regula tertia de Diphthongis.

Diphthongum produc in Græcis atque Latinis.
In Græcis semper: verùm subeunte Latina
Vocali, breuio: veluti præit, atque præustus.

Omnis diphthongus naturaliter producitur, tam in Græcis, quàm in Latinis: vt, musǣ, cœ̄na, aūdio, eūge: in Græcis quidem etiam subeunte vocali: vt, Aēacus, Oēagrus, &c. In Latinis verò tum corripitur sæpius: vt, Præ̆esse, præ̆hendo, & omnia à præ composita sequente vocali. Virgilius, Stipitibus, duris agitur, sudibúsue præ̆ustis. Ouidius. Raptatúrque comis per vim noua nupta præ̆hensis.

Quid est diphthongus? Duarum vocalium vim suam retinentium in eadem syllaba complexio. Vnde dicitur? A δὶς, id est, bis, & φθόγγος, sonus, quasi duarum vocalium sonus. Quot sunt diphthongi? Sex: æ, œ, au, eu, ei, yi. vt, Sæpe, Fœnum, Aula, Euterpe, Treis, Harpyia.

Regula quarta, de vocali ante vocalem.

Vocalis breuis ante aliam manet vsque Latinis.

Vocalis ante vocalem in Latinis dictionibus corripitur: vt, Marius, Maria: Lucius, Lucia.

Quinque exceptiones.

Ni capit r, fio produc: & nomina quintæ
E seruant longum, si præsit i, ceu speciei.
Anceps ius erit patrio: dic semper alius:
Alterius breuio tantùm. cõmune sit ohe.
Caïus & Cai produc: conformia iunge.

Exceptiones sunt quinque. Prima, Fio producitur, vbi abest r: vt, Fiebam, fiam. Vbi verò adest r, corripitur: vt Fieri, fierem. Secunda, Nomina quintæ declinationis producunt e, ante i, in genitiuis datiuísque, si præcedat i, sicut speciēi: secus corripiunt: vt, Fidĕi, rĕi.

Tertia, Pronomina secundæ declinationis, & nomina habentia secundam declinationem pronominum, variant i, ante us: vt, Vnius, illius, quæ in prosa tantùm producuntur. Alīus, in genitiuo tãtùm producitur: Alterĭus, solum

solùm corripitur. Quarta, Ohe interiectio exclamantis & satiati, variatur. Quinta, Pompēi, Cāi, Vultēi, similesque vocatiui producuntur: & vbicunque i, consonans in vocalem vertitur, vt fit in Caïus, trissyllabo.

De vocali ante vocalem in Græcis.

Hìc Græci uariant, nec certa lege tenentur.

Græcorum quædam producunt vocalem ante vocalem: vt, Aēr, Iatrīa. Quædam corripiunt: vt, Sophĭa de quibus non potest dari certa regula.

Regula quinta de deriuatiuis.

Deriuata patris seruabit dictio normam,
Consona si patris maneat: docet istud aratrum.
Multa tamen tolles pòst declarata, vel antè.

Syllaba tanta est in deriuatiuo, quanta fuit in ea primitiui parte, vnde immediatè deriuabatur, si consonans primitiui maneat in deriuato: vt, Lēgi, præteritum, priorem producit: ergo etiam lēgeram, lēgerim, lēgissem, lēgero, lēgisse, quia a lēgi formantur. Lĕgo autem priorem corripit: ergo etiam legĕbam, lĕgam, lĕgerem, &c. Item supinum arātum, producitur: ideo etiam quod ab illo fit arātrum, non positu tantum, sed natura ipsa, &c. Cæterum multa contra primitiuorum regulas aut pro-

ducuntur, aut corripiuntur, quorum nonnulla iam dicta sunt, plura declarabuntur.

Regula sexta de compositione.

Simplicis obseruat mensuram compositiuum:
Quamuis diphthongus, vel vocalis varietur.
Hanc legem spernunt dicus à dico, innubus, atque
Pronubus, ambitus, nihilum, cum semisopitus.
Peierat à iuro, tum deierat, agnitus, & cog.
Connubium varies: ab itum comitia dicas.

Compositum sequitur simplicis regulam, & contra, etiam diphthongo aut vocali mutata: vbique tamen sunt regulæ obseruandæ positionum, & vocalium ante vocales: vt, Lūdo, collūdo: læ do, illīdo: amīcus, inimīcus: tābeo, intābeo: tăceo: retĭceo: facĭo, refĭcio, &c. Per hanc regulam præpositiones in compositione quantitatem priorem seruant: vt, Abĕo, adămo, subĕo, euŏco, dedūco, amŏueo, &c. Hanc legem, &c. *Ab hac regula demuntur à dico, nomina in dicus: vt, Causidĭcus, & maledĭcus, &c. A nūbo, Pronŭba, innŭba. Connubium, variatur. Ambītus, ta, tum, participium ab ambio, ambis, producitur. Ambĭtus, nomen*

sem

ſemper corripitur. Nihīlum a,ni,id eſt,non, & hilum, res nullius pretij, vt pote fabæ nigrum, quod producitur: nihĭlum autem corripitur. Perſius, De nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reuerti. Sōpio,primam producit: at Semisŏpitus, eandem corripit. Cætera ſatis patent, præter Cōmitium. quod à ſimul itando dictum volunt, & producit primam etiam, nempe cōm, licet eadem in Cŏëo breuietur: nam Coëo erat comeo, id eſt, ſimul eo, ſed fecit euphonia Coëo. Præterea Comĭtium antepenultimam producit, hoc eſt, illud i, ante t, cùm idem ſit breue in coĭtum, & in ſimplici ĭtum.

SE, & DI.

Se produc & Di, præter dirimo atque diſertus.

Se, & Di, præpoſitiones Latinæ inſeperabiles producuntur: vt, Sēgrego, Dīduco, &c. Corripiuntur tamen Dĭrimo, Dĭſertus.

RE.

Eſt re breue: at refert à res, producere debes,
Reĭĭcit & reicit. Nam quæ iacio tibi format,
I prius interdum tollunt, vt corripiantur.
Addit vel demit metri grauitate poëta.

Re præpoſitio inſeparabilis, corripitur: vt, Rĕdeo, rĕditus, pro annuo prouentu: remuo. At refert, &c, Rēfert, à res compoſitum, produci-

tur: alioqui corripitur. Reiicio, à re & iacio, producitur positu: quia in eo verbo i, duplex efficitur: vbi autem corripitur, i, consonans abiicitur. quod etiam contingit in aliis compositis à iacio: vt, Adiicio, vel adicio: abiicio, vel abicio: subiicio, vel subicio, &c. Ea abiectio in prosa barbarismum facit: in carmine in his compositis à iacio, omnibus licet. Poëtæ profectò plerunque metri gratia aliquid addunt, aut demunt: id in prosa esset barbarismus, præterquam fortè in paucis iam olim in prosa admissis.

PRO.

Est pro, breue in Græcis: pro, longum ritè Latinis.

Pro, Græca præpositio, pro ante, semper corripitur: vt, Prŏlepsis, prŏlogus, prŏpheta, &c. Pro, Latina præpositio producitur: vt, Prōdo, prōficio, &c.

Pro, correptum.

Corripias pronepos, profugat, profugit, proficiscor,
Et procio, peto significans: cui iunge procello,
Atque profana, professa, profunda, profesta, profari.
Propino vario, procuro, iungo profundo:
Sic bene docte locas propello, propago, Lucreti.

Dictio

Dictiones literæ insertæ corripiunt pro: inter quas, Propino, procuro, profundo, propello, propago propagus verbum, variant. Propello quidem et Propago, apud Lucretium potissimum.

I, & O, in compositis.

Pars si componens fini prior i, vel o, donat,
Sit breue: Cunctipotens & Timotheus manifestant.
Quòd si non semper manet i, producito semper.

Habet hæc regula partes duas, quarum prior est, Dictiones compositæ, siue Latinæ, siue Græcæ, terminantes in i, primam partem compositionis, breuiant i: vt Bĭfidus, trĭfidus, sesquĭpes, semĭuir, vitĭsator, &c. Posterior, Dictiones Græcæ, terminantes in o, primam partem compositionis, breuiant illud o: vt, Dorŏthea, Samŏthracia, Timŏtheus, &c. Quòd si non, &c. *Hoc si ex declinatione tantùm proveniret, produceretur: vt, Tantīdem, tantīcunque quantīcunque.*

Exceptio.

A quotus atque dies rectè variato: at ibidem,
Et tibîcen erit longū, cui iungis vbique.
Protrahit Ausonius matricidā grauitate.
Lagôpus, geólophus, atque Theóphila produc.

Cum Leucopetra : Geometra iungitur apté.

Quod medius facit atque dies, producito semper.

A quotus, & dies, fit Quotidie, & hinc Quotidianus, & variari potest vtrunque. At ibīdem, tibīcen, vbīque, producunt i, scilicet secundo loco positum. Ausonius metri grauitate producit Matricīda in Monostichis Cæsarum, Matricīda Nero proprij vim pertulit ensis. Lagōpus, auis leporino villo pedes habens. Geolōphus, id est, terræ tumulus. Theōphilus, Theōphila, propria. Leucōpetra, loci nomen, & interpretatur alba petra. Geōmetra, notæ significationis producunt o. Merīdies, quasi medius dies, producitur semper.

Regula septima de præteritis dissyllabis.

Præteritiua tenent primam dissyllaba, longam.

Tolle bibit, scidit, & fidit, ac tulit, ortáque do, sto.

Præterita dissyllaba producunt priorem: vt, Vēni, fēci, vīdi: &c. Tolluntur sex, Bĭbi, scĭdi fĭdi, tŭli, dĕdi, stĕti, quæ breuiant.

Regula octaua de geminatis præteritis.

Corripiunt binas geminantia, ceu ceciderunt.

Tolle

Tolle ceciderunt à cædo:à pedo pepedi.

Præterita geminantia principium, primam & secundam syllabas corripiunt, nisi positio impediat: vt, Tĕtĭgi, pĕpĕri, pĕpŭli, tŭtŭdi. In Cecīdi verò, à cædo, & Pepēdi, prima tantum corripitur: ideo excipiuntur.

Regula nona de supino dissyllabo.

Cuncta supina tenent primam dissyllaba longam,

Præter nata sero, cieo, lino, sto, sino, sisto,

Do, ruo, cum queo, eo, reor. At staturus atum dat.

Supina dissyllaba producunt priorem syllabam: vt, Vīsum, lūsum, &c. Præter nata, *&c. Eximuntur Sătum, à sero: cĭtum, à cieo: lĭtum, à lino: stătum, à sto & sisto: sĭtum, à sino: dătum, à do: rŭtum, à ruo: quĭtum à queo: ĭtum, ab eo: rătum, à reor. Stāturus contra primitiui naturam primam producit.*

Regula decima.

Præ tum uocalem de ui reliquis dabo longam.

Omne supinum non dictum, mutans ui, syllabam in tum, producit vocalem ante tum. vt, Expedītum, petītum, &c.

Regula vndecima, de verborum crementis.

A in crementis verborum.

A, crescens produc: nisi cremento, dare, primo.

Crementum verbi, est vbi exceditur secunda persona singularis numeri, præsentis temporis, indicatiui modi, actiuæ vocis, quæ si defuerit, qualis foret ostenditur: vt, Amāmus, crescit: quia excedit hanc personam, amas. Osculāris, crescit: quia si secunda persona actiuæ vocis foret, ipsa esset, osculas. Vocalis in primo cremento, est quæ erat secundæ personæ vltima, reliquæ in secundo cremento esse dicuntur. A, igitur in omni cremento producitur: vt, Amāmus, legebāmus. Excipitur in primo cremento do, das, dăre, cum suis primæ coniugationis compositis: vt, Venundăbam, pessundăbam, &c.

E, in crementis.

Ni subit r, produce, semper: quum subit r, do
Cum socio ternæ breue præsens: protrahereris:
Semper e, corripitur præ ram, rim, ro: beris adde.
In reliquis produc, quanuis steterunt Maro dicat.

E, in vtroque cremento producitur: vt, Amē-

ntēmus, amarēmus, docēmus, legēbam: nisi postponatur r: nam tunc corripitur omne præsens tertiæ coniugationis: vt, Legor, legĕris, legĕre, legĕremus, legĕrem. Cum socio, &c. *id est, præterito imperfecto subiunctiui modi.*

Re, ante re, vel ris, producitur: vt, legerēris.

E, ante ram, rim, ro, semper corripitur: vt, Legĕram, legĕrim, legĕro. sic Audiuĕram, &c. Eris vel bere corripitur: vt, Amabĕris, amabĕre. Cætera producuntur: vt, Stetērunt, legērunt: qualia Virgilius & plures licenter corripuere, nos non imitabimur.

I, O, & V, in crementis verborum.

I, produc primo cremento, dummodo quartæ
Est verbum: debet semper producier iui.
Corripe præteritis imus: vndique vénimus edit,
In subiunctiuo rimus, ritísque licenter
Inuenies: nolîto, velîto, velîmus, & îtis.
Et simus, sitis, produc. Erit v, breue, nō o.

I, in primo cremento verbi quartæ coniugationis, semper producitur: vt, Audīmus, audītis, audīre, audīrem, &c. Ibam, ībo, &c. Item præteritum in iui, producit vbique i, ante ui: vt, Petīui, petīueram. Imus in omni præterito corripitur: vt, Venĭmus, audiuĭmus: nisi in subiunctiui præterito, in quo rimus &

ritis

ritis licenter producuntur, &c. O, in cremento producitur: vt, Amatōte. V, verò corripitur: vt, Volŭmus. Cætera nota sunt.

Regula duodecima de nominum crementis.

Crementum nominis, pronominis, & participij, est excessus obliqui in syllaba vel syllabis, supra nominatiuum eiusdem numeri: vt, Puer, pueri: qui, quorum. In cremento autem plurali, a, e, & o, producuntur: vt, Hārum, rērum, hōrum. I, & u, corripitur: vt, artĭbus, artŭbus. Prima declinatio in singulari non crescit, nisi pro æ dicatur ai, de quo satis dictum est. Nec quarta, nisi in datiuo, vbi est vocalis ante vocalem, vt dictum est. Ergo à secunda auspicabimur.

Crementum secundæ declinationis.

Quæ sequitur primam, tantum producit iberi.

In secunda declinatione vnicum producit penultimam genitiui, Iber, ibēri: & eius compositum, Celtiber, Celtibēri.

Tertiæ crementum, A, & O.

Dic atis: onis ab o fer: inis, breue. protrahis enis.
On si vertis in o, mensus sit, qui fuit antè.

A, corripitur: vt, Poēma, poēmătis. Ab o, produ

producuntur onis, & enis: vt Cato, Catōnis: Anio, Aniēnis. Inis ab o, corripitur: vt, Virgĭnis, &c. Si Græca in on, amittant n, seruant in obliquis quantitatem, quam habuerunt: vt, Agamemnon, Agamemnŏnis: Briton, Britŏnis. sic Brito, Britŏnis: Saxo, Saxŏnis: Macedo, Macedŏnis, & cætera, quæ corripiuntur.

C.

Dices halecis, nec ſpernes Melchiſedecis.

Halec, halēcis: Melchiſedec, Melchiſedēcis, producunt penultimam genitiui.

D.

Dauid Dauidis dices. Bogudis Bogud optat.

Producitur etiam Dauid, Dauīdis. Bogud, Bogŭdis corripitur.

L.

Maſculeum dat alis: neutrum formatur ab alis.

Elis, cum ſolis produc, reliquis breuiatis.

Al, alis, maſculini generis, corripit penultimam: vt, Sal, sălis: Annibal, Annibălis, &c. Neutra producuntur: vt, Capital, capitālis, &c. Sic Michaēlis, Daniēlis, &c. & Sol, sōlis. Reliqua corripiuntur.

N.

On, nimis incertum eſt. En, inis dat: cætera produc.

En,

En, inis, corripitur: vt, Nominis. Cætera producuntur: vt, Pæānis, Damēnis, &c. Delphīnis. De on, nequeo dare certam regulam: nam multa producuntur: vt, Babylon, Babylōnis: Cytheron, Cytherōnis: Simon, Simōnis, &c. Multa corripiuntur: vt, Canon, canŏnis: Dæmon, dæmŏnis: Memnon, Memnŏnis, &c.

R.

Aris produco neutris. Nectar, iubar aufer.
Protrahe Nar, naris, furis, veris, Ricimeris,
Byzer, Ser & Iber: in ter Græcum, æthere dempto.
Oris, ab or, produc. cum neutris corripe Græca.
Arboris & memoris breuies, indictáque cuncta.

Aris, ab ar, neutri generis producitur: vt, Laqueāris, &c. Tolluntur, nectăris, iubăris: & quædam propria: vt, Hamilcar, Hamilcăris, &c. Protrahe Nar, *&c. Porriguntur quæ sequuntur in litera, Nar, nāris, fluuij nomen. Fur, fūris. Ver, vēris. Ricimer, ricimēris, viri proprium. Byzer, byzēris, populus. Ser, sēris, populus, à Sera vrbe, apud quam sunt lanigeræ arbores, vnde serica vestimenta conficiuntur. Iber, ibēris, Hispanus.* In ter Græ-

cum,

cum, &c. *Græca in ter, producunt penultimam genitiui: vt, Crater, cratēris: caracter, caractēris. Excipitur Aether, æthĕris.* Oris, ab or produc. cum, &c. *Produc oris ab or: vt, Amōris, &c. Sed corripe neutra, vt, Marmŏris, &c. Et Græca, vt, Castŏris, Hectŏris, cum memŏris, arbŏris, & cum omnibus non dictis: vt, Muliĕris, & guttŭris, martўris, &c.*

A S.

Atis, ab as, produc. Ab anas, anatis, breuiato.

Cætera corripies, nisi vasis: dico vadis vas.

As, ātis porrigit: vt, Pietas, pietātis, &c. Demuntur Anas, anătis, auis, &c. vt, Mas, măris: vas, vădis: & Græca mittentia genitiuum in adis: vt, Pallas, pallădis, &c.

E S.

Es, breuiat, nisi cū locuples, mercésque, quiésque,

Sic hæres. Græcum iungo, quod prebuit etis.

Es, breuiat penultimam genitiui: vt, Miles, milĭtis: Interpres, interprĕtis: Ceres, Cerĕris, &c. Producuntur verò locuples, locuplētis: merces, mercēdis: quies, quiētis: hæres, hærēdis: & Græca quæ habent in genitiuo etis: vt, Magnes, magnētis: Tapes, tapētis: Lebes, lebētis, &c.

I S.

IS.

Is breuiat. Tollo Glis, gliris, quódque dat itis:
Et Psophis, Crenis, Nesis: Græcum quod in n, fit.

In is, corripiunt penultimam genitiui: vt, Lapĭdis. Isĭdis, cinĕris, &c. Sed porrigunt Glis, gliris: & quæ habent ītis: vt, Dis, dītis: sic Samnis, Quyris, Lis: & Psophis, īdis, vrbs: Crenis, īdis, nymphæ nomen: Nesis, īdis, insula adiacens Campaniæ. Adde Græca in is, quæ per n, etiam finiuntur: vt, Salamis, Salamīnis: Trachis, Trachīnis, &c.

Os.

Protrahit os: tria corripiunt, bos, compos & impos.

Os in obliquis penultimam producit: vt, Rhinoceros, Rhinocerōtis: Custos, custōdis: flos, flōris: tros, Trōis: Minos, Minōis: Heros, herōis. Tria, Bos, bouĭs: Compos, compŏtis: Impos impŏtis, corripiunt.

Vs.

Vs breuiat. tollas præ dis, ris, tis, quod habebit
V: præter pecudis, Ligurísque: intercutis addo.
At melius melioris habet, conformia iunge.

Vs, penultimam genitiui corripit: vt, Corpŏris,

pŏris, vellĕris, tripŏdis, Oedipŏdis, &c. Producunt quæ habent vtis, vdis, aut vris: vt, Virtūtis, subscūdis, iūris, sic incūdis. Corripiuntur Pecŭdis, Ligŭris, à Ligus: & Intercus, intercŭtis. Comparatiua producuntur: vt, Meliōris, &c.

BS, PS, MS.

Consona cum præit s, patrij penultima curta est.
Hinc Cyclops, seps, gryphs, conops, cercops remoueto,
Atque europs, hydrops. Fuge Cyclopis atque dolôpis.

Nomen in s, præcedente consonante, vt BS, MS, PS, penultimam genitiui corripit: vt, Lælaps, Lælăpis, nomen canis, &c. Producuntur Seps, sēpis, serpens: Gryphs, grȳphis, animal: Conops, conōpis, id est, culex: Europs, Eurōpis, proprium regis: Hydrops, hydrōpis, aqua intercus.

Fuge Cyclopis. &c. *Cyclōpis, producitur tantum contra Sulpitium: Dolŏpis, verò corripitur. Cyclops, gigas vnoculus.*

X.

Præ gis, vocalem breuio. Producito, lex, rex,
Ex, icis, abbreuiat, vibex nisi. Cætera produc,
Præter abax, similax, Atrax, cum dropace,

ce, Candax,

Fax & atax, Pharnáxque, panáxque, ſtoráxque, Coláxque,

Pix & onix, illix, hiſtrix, cum maſtiche, varix,

Coxendix & Erix, fornixque, calíxque, Cilíxque:

Dic filicem, ſalicem, laticem, natricémq;, niuémque,

Cappadocem, celocem, cum præcoce. iungitur iſtis

Dux, trux, nux, crux, atque volux. Variabo Syphacem,

Et Bebrycem: rarò nomen producimus iſtud.

Vocalis ante g, corripitur: vt, Remex, remĭgis: Grex, grĕgis: Phryx, phrўgis, &c. Sed producuntur Lex, lēgis: rex, rēgis. Corripe item icis, ab ex: vt, Vertex, verticis, &c. Vnum producitur, Vibicis. Cætera producuntur in obliquis: vt, Mirmex, myrmēcis: halex, halēcis: pax, pācis, &c. Quæ ſequuntur in textu, breuiantur: Abax, abăcis, menſula numeratorum. Similax, ſimilăcis, ſpecies hederæ. Atrax, Atrăcis, fluuius. Dropax, dropăcis, vnguenti genus. Candax, inſula, vulgò Candia. Fax, făcis. Atax, Atăcis, fluuius. Pharnax, viri proprium. Panax, panăcis, herba. Storax, ſtorăcis,

genus

genus aromatis. Colax, *colăcis, parasiti nomen.* *Pix, pĭcis.* *Onyx, onȳchis, unguis, & lapillus pretiosus.* Illix, *illĭcis: id est, fraudulentus.* Histrix, *histrĭcis, herinaceus.* *Mastix, mastĭchis, resina lentisci arboris.* *Mastix, mastĭgis, vel mastigos, flagellum: hinc mastigia, id est, verbero, verberonis.* *Varix, varĭcis, plus æquo intumescens vena.* Coxendix, *coxendĭcis, coxa.* *Eryx, Erȳcis, urbis montisque nomen.* Fornix, *fornĭcis, arcus lapideus.* Calix, *notum.* Cilix, *Cilĭcis, populus.* Filix, *herba.* *Larix, larĭcis, arbor.* *Natrix, natrĭcis, serpens.* *Nix, nĭuis.* Cappadox, *Cappadŏcis, quispiam in Cappadŏcia natus.* *Præcox, præcŏcis, præmaturus.* *Dux, dŭcis.* *Trux, trŭcis, crudelis.* *Nux, crux, volux.* *Syphax, proprium viri, variatur: & Bebryx, populus, raro producitur.*

De primis regulæ generales.

A, solum trahit l, quodque, & dissyllaba mamnas,
Et dissyllaba d, simul l, tardant: sed & n, s,
Tque vel u, conso. Cætera corripiunt.
B tardant d, vel l, n, & s, ceu consonitans u,
M, vel r, in dissyl. Cætera corripiunt.

Obogomoſo diſſyllaba d modò tardant.
V,rapiunt b,l, p,polyſyllaba t: neque ſolùm u.

A,in primis corripitur ante omnes conſonantes ſimplices, præterquam ante l, & diſſyllaba mamnas, id eſt, ante m, n, s. E, corripitur ante omnes conſonantes ſimplices in primis, præter diſſyllaba, d, & l: & præterquam ante n,s, t, & u, conſonantem. I,quoque corripitur, præterquam ante d, l, n, s, & u, conſonantem, & præter diſſyllaba in m, & r. O,corripitur, niſi ante b, g, m, s, & diſſyllaba ante d. V, verò producitur, niſi ante b,l,p: & polyſyllaba in t, & ante u, cum alia litera, vt plŭuia. nam ſi ſola ſit,producitur, vt ūua.

De mediis.

A tardant g,vel u,mediis:ſed cætera curtant.
E,c,d,tardant l,m,n,t,vel u,mihi ſola.
I niſi ſit ſuper u,vel q,poſcit breuiari.
O medio tardant s,t:ſed cætera curtant.
V curtant b,vel f, l,p,ceu conſonitans u,
Dum ſubſunt mediis,cætera longa dabis.
Excipienda ſuæ ponuntur in ordine normæ:
Nunc ſatis eſt primam ſignificaſſe viam.

A, in mediis producitur ante g, & u, conſonantem: ante cæteras corripitur. E, producitur

tur in mediis, ante c, d, l, m, n, t, & u, consonantem: ante cæteras corripitur. I, corripitur in mediis ante omnes, præterquam ante q, & u.

O, producitur in mediis ante s, & t: ante cæteras corripitur. V corripitur ante b, f, l, p, & u, consonantem: ante cæteras producitur. Exceptiones quærendæ sunt in codice Despauteriano maiore, vbi omnia fusissimè explicantur. Hîc enim satis est velut quoquomodo viam indicasse.

De vltimis. A, terminale.

A declinatum breuia: sed protrahe sextum,
Et quintum, cuius rectus producitur, & mna.
Producunt nostri quædam muliebria Græca
In recto, vt Tegea: sine teste nihil volo tale.
Non declinatum produc: ita, cum quia, demptis,
Et puta, non verbo. Giota melius loco longum.
Postea & vltra leges cum contra, curta licenter.
Eia breue est Flacco.

Vltima syllaba noscitur positu: vt, Pōst, āst, ēst, amānt. Diphthongo: vt, Heū, Musæ. Regula: vt, A, declinatum corripitur: vt, Musă, Annă, nominatiui & vocatiui casus. Loquimur de

declinatis per casus, non per tempora. *Sed pro* • *trahes,* &c. *Ab hac regula tolluntur ablatiui, quia producuntur: vt, Musā, meā, lectā: & vocatiui à nominatiuis productis: veluti, Aeneā, Anchisā, Atlā.* *Mnā, monosyllabum cuiuscunque casus producitur.* Producunt, &c. *A, in nominatiuo Græco fœminini generis à nostris corripitur, licet illi producant: veluti, Scyllā, Medeā, Lernā, &c. Quosdam tamen nominatiuos nostri produxerunt ad imitationem Græcorum, sic tamen vt aliqua cæsurarum locum habeat: ideo nihil tale producemus sine authoritate, idque faciemus rarissimè, quia poterunt in e, terminari: vt, Tegea vel Tegee, &c.* Non declinatum, &c. *A, in omnibus per casum non declinatis producitur: vt, clamā, frustrā, præterea, suprā, &c. Corripiuntur autem, Ită, Quiă, & Pută aduerbium. Numeralia in ginta, rectius producuntur: vt, Trigintā, quadragintā, &c. Produc quoque præterea, intereā, posteā, contrā, vltrā: quæ interim corripiuntur.*

Eiă, Valerius Flaccus corripit, & Alleluiă, Sidonius.

E, in vltimis.

E, breuia. primæ produc, & nomina quintæ,
Cum natis: addes pluralia cuncta secundæ.
Iunge doce & socias. monosyllaba longa repo

ga repono,
Inclinatiuas præter. Malè cum bene dempto,
Omnia produces aduerbia, ſiqua ſecunda
Præſtiterit, ſummíque gradus aduerbia quæuis.
Sunt ferme, atque ferè producta, quibus dabis ohe.

E, corripitur: vt, Docerĕ, Ganymedĕ, Herculĕ, Achillĕ, & ſimiles vocatiui & ablatiui tertiæ.

Primæ, &c. *E, in prima & quinta declinatione, in quocunque caſu reperitur, producitur: vt, Paraſceuē, Anchiſē, &c. Vocatiui & ablatiui, ſpeciē, diē, rē: hinc hodiē, pridiē, poſtridiē, quotidiē, quarē. Produc quoque pluralia in e: vt, Cetē, Tempē.*

Secundæ, &c. *Producitur omnis ſecunda perſona vocis actiuæ, ſingularis numeri, præſentis temporis, ſecundæ coniugationis, imperatiui modi: vt, docē, monē. Monoſyllaba producuntur: vt, Mē, tē, ſē, dē. Hinc demuntur coniunctiones encliticæ, quĕ, uĕ, nĕ: & in compoſitis, quiſquĕ, nónnĕ, &c. Producuntur aduerbia in e, ab adiectiuis ſecundæ declinationis, ſiue comparantur, ſiue non: vt, Piē, egregiē, æquē, doctē, &c.*

Corripiuntur tamen benĕ & malĕ, atq; magĕ, pro magis. Aduerbia ſuperlatiui, vndeçunq; fiant, producuntur: vt, Maximē, minimē, &c.

Produc etiam Ferē, fermē, & obē.

I, finale.

I, longum pono: vocitantem contraho ternæ:
Sæpéque Græcorum ternum, Minoïdi teſtis.
Sed niſi, ſiue quaſi, mihi, ibi, ſibi, vbi variabis,
Et tibi iunge cui: tantùm breue moly locatur.

I, producitur. Corripitur verò cunctus tertiæ vocatiuus: vt, Alexĭ, Amaryllĭ, Phyllĭ, &c. Datiuus quoque tertiæ Græcus corripi inuenitur: vt, Palladĭ, Minoidĭ, &c. Sed niſi, &c. *Variabis in litera poſita, inter quæ Nisĭ, & Quasĭ, rectius corripiuntur. Cui, ſæpius eſt monoſyllabum. Molў tantùm breue, herbæ nomen.*

O, in fine.

O, commune datur: produc monoſyllaba, iungens
Cum terno ſextum, atque aduerbia nomine nata.
At variabo cito, cum ſedulo, mutuo, crebro,
Seróque. ſit curtum modò ſolum. ſed breuiari
Ergô pro cauſa non vult. produco quaterno

In caſu nomen, fit cuius in us genitiuus.
O, patrij produc, variáq; gerundia verba.

O variatur: vt, Cato, Leo, Apollo, &c. Producuntur tantùm monoſyllaba: vt, Stō, dō, flō, prō, &c. Producuntur tantùm datiui & ablatiui: vt, Dominō, meō, amatō, &c. Producuntur tantùm & aduerbia ex nominibus ducta: vt, Tantō, quantō, falsō, primō, &c. Variatur autem cito, ſedulo, mutuo, crebro, ſero. Modŏ aduerbium, pro ſolùm, corripitur. Ergō, pro cauſa producitur. Produco Græcum in o, faciens genitiuum in us, in nominatiuo, datiuo, accuſatiuo, & ablatiuo: vt, Didō, Clothō, Argō, Cliō, Sapphō, &c. Genitiuus in o, producitur tantum: vt, Apollos, Apollō: Androgeos, Androgeō, &c. Variáque gerundia verba. *Vt, Pluribus hic æger moritur vigilando, ſed illum.*

V, & B.

V, ſemper produc. B, contrahe: barbara deme.

V, produc: vt, Iesū. B, corripitur: vt, ăb, ŏb.

Demuntur barbara in b, quia producuntur: vt, Iōb, Aminadāb, Iacōb, &c.

C, in vltimis.

C, produc: præter nec, donec. Sed variabis
Hic bene pronomen: fac, verbum iungimus iſti.

C, producitur, vt, Sic. Corripiuntur Nĕc, donĕc. Hic, aduerbium producitur: pronomen variatur: & Fac, verbum.

D, & T.

D, breue ponatur, ceu t, nisi syncopa fiat.

D, corripitur: vt, apŭd, Bogŭd. Sic nomina in t: vt, Capŭt, amăt, docĕt, nisi aliquando per syncopen producantur: vt, Fumāt, pro fumauit: obīt, pro obiuit.

L.

L, breue sit. Cum sol, sal, nil, tolluntur Hebræa.

L, corripitur: vt, Hannibăl, Hiempsăl, mĕl, fĕl. Producuntur Sōl, nīl, & sāl. Hebræa quoque producuntur: vt, Michaël, Raphaël, &c.

N.

N, produc. Demas an, in, & prolem, tamen atque
Forsitan, & forsan, viden: huic conformia iunges.
Quod dat inis curtum est, velut on, quod tertia nescit.
Corripitur quartus, quando breuis vltima recti est.

N, producitur, vt, Hymēn, Titān, delphīn. Et omnia nomina tertiæ in on: vt, Agamemnōn.

mnōn. Tolluntur à regula, ăn, ĭn, cum prole, deĭn, exĭn, subĭn, proĭn, tamēn, attamēn, forsăn, forsităn, vidĕn', & quæcunque per apocopen n, habent: vt, Mĕn', pro ménetĕn', téne: egŏn' egóne, &c. Quod dat, &c. Corripe en, habens inis in genitiuo: vt, Pectĕn, crimĕn, &c. Corripitur quoque in on, nomen secundæ declinationis, quod Latini in vm, vertere solent: vt, Iliŏn, Peliŏn, &c. Corripitur similiter accusatiuus, cuius nominatiui vltima corripitur: vt, Medeăn, Maiăn, &c. Accusatiui à longis nominatiuis producuntur tantùm: vt, Aeneān, Anchisēn.

R.

R, breuies. Produc cuius dat patrius eris.
Addito Iber, aër, æther. Sit Celtiber anceps,
Vt cor: non longum melius. Producito tantùm
Cur, far, lar, fur, nar, par: vix prolem breuiabo.

R, corripitur: vt, Muliĕr, patĕr, matĕr, &c.

Producuntur nomina in er, habentia eris, penultima longa in genitiuo: vt, Cratēr, charactēr, clystēr, &c. Vēr, Ibēr, aēr, æthēr adduntur. Celtiber variatur, & Cor: quod tamen melius corripitur. Producuntur tantùm Cur, fār, &c. & Pār, cum compositis, impār, &c. quæ non omnino rectè breuiantur quandoque.

A S.

As,produc. Sed adis,quæ dant patrio,breuiantur,
Et ternæ quarto : vates bonus Elias inquit.

As producitur : vt, Forās, &c. Corripiuntur tamen omnia nomina tertiæ, quorum genitiuus in adis,vel ados desinit:vt, Arcas,&c.

Corripe quoque accusatiuum pluralem tertiæ in ăs:vt,Rhetorăs,&c. Baptista Mantuanus corripuit Eliăs.

E S.

Ponitur es,longū.Pluralia corripe Græca,
Quæ crescunt,velut es, de sum:penes, inquies adde
Cum neutris : & si patrio est penultima curta
Ternæ. Tolle Ceres, aries,paries,abies, pes.

Es,producitur:vt, Anchisēs, Darēs,&c. Corripiuntur autem omnia Græca pluralis numeri, tertiæ declinationis, crescentia in singulari : veluti, Dæmonĕs, Vasconĕs, Britonĕs, Pæanĕs, Delphinĕs, craterĕs, castorĕs, gigantĕs, pyxides, & quamplurima alia. Es, à sum, corripitur: ab edo, producitur : & Penĕs, præpositio, & Inquiĕs,nomen. Corripiuntur nomina neutri generis : vt, Hippomanĕs, cacoëthĕs, &c. Corripiuntur

piuntur nomina tertiæ in es, penultimam genitiui corripientia, vtpote quæ itis, etis, aut idis, penultima breui obtinent: vt, Milēs, terēs, desēs, &c. Producuntur solùm Cerēs, ariēs, &c.

I S.

Is, breuio: verum plurales protraho casus:
Isque quod in patrio mutatur in itis, & inis,
Aut entis. Thetis vario. Glis, vis, quoque nomen
Cum verbo longum est: veluti persona secunda
Protrahit is, quoties itis plurale reponit.

Is, corripitur: vt, Inquĭs, quĭs, &c. Producito omnem casum pluralem in is: vt, Queīs plurale, Dominīs, &c. Item Treīs, Omneīs, &c.

Produc etiam nomina in is, quæ penultima longa faciunt genitiuum crescentem in itis, vel inis: vt, Līs, Dīs, Samnīs, Salamīs: aut, in entis: vt, Simoīs, Pyroīs, &c. Thetis, variatur.

Produc ad hæc glīs, vīs, siue nomen, siue verbum, cum suis, vt, Sīs, pro si uis, quamuīs, vteruīs, &c. Producuntur etiam secundæ personæ singulares, quando plurales habent itis, penultima longa: vt, Velīs, nescīs. &c.

OS.

O S.

Os produc. patrius breuis eſt, & compos,& impos,
Oſque oſſis præbens. rectos breuiato ſecundæ.
Os recti produc, quoties tibi patrius o dat.

Os, producitur: vt, Flōs, nepōs, &c. Corripitur quicunque genitiuus in os: vt, Palladŏs, Tydeŏs. &c. Et compŏs, & impŏs, & ŏs oſſis, breuiantur. Os, oris, producitur. Omne nomen in os, ſecundæ declinationis, vt, Samŏs, ſynodŏs, &c. corripitur. Producuntur & nomina, quæ per tertiam declinationem Atticam faciunt genitiuum in o: vt, Athōs, Androgeōs, &c.

V S.

Vs correpta datur. Monoſyllaba cum genitiuis
Ternæ vel quartæ produc, numeríque ſecundi
In quarta primum, quartum, quintúmq;. & in uris,
Dúmque vtis, patrius, vel in udis, & untis, odíſve,
Aut quintus fit in u: longus tum rectus habetur.
Ergo produces venerabile nomē IESVS.

Vs, cor

Vs, corripitur: vt, Tempûs, pecûs, &c. Producuntur verò monoſyllaba: vt, Rûs, thûs, iûs, &c. & genitiui tertiæ: vt, Cliûs, Didûs, &c. & genitiui quartæ, & in plurali eiuſdem declinationis nominatiui, accuſatiui, & vocatiui: vt, Viſûs, manus, &c. Et in uris, &c. *Producitur us, in nominatiuo ſingulari, vbi genitiuus terminatur in uris, in utis, vel udis: vt, Tellus, virtûs, palûs. Simile eſt, vbi genitiuus deſinit in vntis: vt, Cerasus, Ceraſuntis.*

Odíſve, *&c. Græca quoq; à πῦς producuntur: vt, Sciopûs, Melampus, &c. Produc quoq;, vbi vocatiuus in u, deſinit, vt, Panthus: quia vocatiuus eſt Panthû. Sic quia per ũ diphthongum ſcribitur, doctiſsimi produci teſtantur adorandum Domini & Dei noſtri nomen Iesus.*

De decem vitiis in carmine vitandis.

Barbara nulla inerit vox, aut incongrua metro:
Nulla redundabit, nulla integritate carebit.
Nil tranſponetur, nil confundet malè ſenſum.
Nec rapies longam, nec produces breuiandam.
Nec poſt vocalem, nec poſt m, verſu in eodem

Partibus à variis vocalis ritè ſequetur,
Syllaba ni pereat præcedens, vt modò dixi.
Nec ſuccuſſantes, nec pones molle crepantes.
Nec paucis numeris tibi multa licere putabis.
Nec tibi propones niſi ſummos quoſque imitandos.

Monemur vulgata decem vitia in carminibus contexendis vitare: Primo, ne barbarum aut incongruum quicquam admiſceamus. Secundo, nequid redundans, aut deficiens ſit: vt qui, Quoque, aut alias particulas, propter metrum duntaxat, ingerunt. Qui pedum nimis, aut non ſatis ponunt: qui ſenſum non explent, aut fruſtra repetunt. Tertio, nequid malè tranſponatur. Quarto, ne ſenſus confundatur. Quinto, ſyllabarum quantitas non violabitur. Sexto, nec poſt vocalem, nec poſt m, ponatur in eodem verſu dictio incœpta à vocali, niſi fiat ellipſis, aut ſynalœpha. Septimo, non ponemus ſuccuſſantes literas, ſyllabas, aut pedes, vt, O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti. Octauo, nequid ſit affectatè nimis, turgidè, aut molliter ſonans. Nono, vitabitur in paruo poëmate magna licentia. Et decimo, cauebimus ne non probati authoris carmina imitemur.

10 AN

IOANNIS PELLISSONIS CONDRIENSIS Appendix ad quantitâtes syllabarum De accentibus.

***

Accentus, est certa & legitima pronuntiandi ratio. Et est triplex: Acutus, Circunflexus, Grauis. Acutus est, quo syllaba attollitur: vt prima à genitiuo cárminis, & insignitur hac nota ´.

Circunflexus, quo syllaba & attollitur pariter, & demittitur: vt prior à rôre, & notatur hoc insigni ^.

Grauis, quo syllaba deprimitur: vt duæ postremæ à dominus: & figuratur hoc signo `: vt, falsò: hîc, Sororẽ falsò creditã, &c. Nam propter consequentiam partium orationis, id est, quod in contextu orationis partes aliæ alias consequantur, acutus transit in grauem.

Notarum accentuum vsus.

Huiusmodi autem notulis Græci passim vtuntur, raro Latini, nisi sicubi hæreri possit, vtri accentuum principaliũ sit locus: vel quia anceps sit dictio, vt ûna, nomen, vnà aduerbium: pláne, nomen, planè aduerbium: a, e, vocales literæ: à, è, præpositiones. quod, extra notam accentus, nomen: cum accentus nota, coniunctio, &c. vel quia sit ita, vt tametsi in promptu sit videre germanum

accentum, tamen eum plerunque non nisi exercitatus statim videat: vt, Scripsérunt, non scripsérunt. Rursum, scripsêre, non scrípsere, cùm prolatione nihil hæc interesse videantur, certè vt hodie proferimus.

Quomodo fiant accentus.

Accentus ita fiunt. Nam proferenda dictione qualibet, in ea attollimus certam quandam syllabam, atque ita fit accentus aut acutus, aut circunflexus: & reliquas deprimimus, id est, æquabili sono, ac veluti vno vocis tenore proferimus. Atque hoc ipsum est grauis accentus. Differunt quidem ipsa re acutus & circunflexus, ac diuersæ sunt naturæ: sed hoc nos quidem sono & voce non internoscimus: vtrobique enim syllabam pronuntiando attollimus. Porrò acutus & circunflexus sunt principes accentus, vt de illis tantùm laborandum sit: nam grauis vel non quærentibus obuius est. Quod nunc ita interpretari libet. Quotquot syllabæ sunt in dictione, vna tantum attollitur, id est (vt nunc accipimus) acuto aut circunflexo accentu effertur. reliquæ omnes syllabæ grauantur, seu demittuntur, etiam si mille essent, vt grauis accentus iure dicatur syllabicus, quòd sit in omni syllaba dictionis, præterquam in illa vna quæ attollitur: vt, Grationopolitanôrum. Itaque cùm de accentu cuiuspiam dictionis loquimur, tantùm

de

de horum altero, qui ſunt eximij, hoc eſt, de acuto aut circunflexo intelligimus: vnde de his tantùm præcipi ſolet: nam grauis nihil habet quod regulis egeat.

Accentuum ſedes.

Ante tres ſyllabas nulla in dictione ſyllaba poteſt attolli: ergo acutus accentus in antepenultima tantùm, id eſt, tertia à fine, aut in penultima, aut in vltima ponendus eſt. Nam circunflexus apud Latinos in penultimam tantun cadit. Neque enim ſi qua monoſyllaba circunflexum habent, ideo in vltima habere cenſeri poßunt. Exempla de acuto: vt, ómnia, fácit, récte. De circunflexo: vt, Mâter, ſpês.

Accentuum regulæ.

Et huiuſcemodi quidem accentuum, vt tibi ràtio conſtet, prius noſcenda penitus, ac memoriter complectenda eſt ſyllabaria quantitas: quia apud Latinos pendent accentus maxime ex penultimæ ſyllabæ ſeu tempore, ſeu quantitate: id quod è ſequentibus regulis colligere facilè licebit. Omnis dictio monoſyllaba natura breuis, licet poſitione producatur, acuitur: vt, Súm, és, éſt, níx, núx, fáx. Monoſyllaba dictio natura producta, circunflectitur: vt, Dôs, rôs, ſpês, rês. Vbi eam natura produci non conſtiterit, ad acutum confugito, nunquam enim circunflexus ponitur ſuper ſyllabam natura breuem, aut tantùm poſitione

productam: id est, quæ, nisi obstaret positio, breuis esset. Dissyllaba dictio priorem natura producens, & posteriorem corripiens, illam circumflectit: vt, Mâter, Rôma. alias acuit: vt, Páter, népos. Polysyllaba dictio penultimam producens, & vltimam corripiens, circūflectit penultimam: vt, Românus, equitâre: vltimam verò etiam producens, acuit penultimam: vt, potêntes, amauerunt: nunquam enim longa ante longam circumflectitur: & duabus longis sequentibus, primam acui Latinus sermo non patitur. Dictio polysyllaba penultimam corripiens, acuit antepenultimam: vt, Dóminus, áffatim, mulíeris, scátebra, vólucres, sóphia, philosóphia: quanquam in his duobus postremis seruari poterit, authore Quintiliano, Græcanicus accentus, philosophîa, sophîa, non Latinè id quidem, sed tamē cura reprehensionem.

Exceptiones.

Ab his canonibus exceptiones sunt numero sex. Prima, Interrogatio accentum mutat: quia vltima interrogationis semper acuitur: vt, Egoné? Quis furor ô ciués? Secunda, Distinctionis & differentiæ gratia mutatur accentus: vt, vná, aduerbium vltimā acuit, ne videatur esse nomen. Sic poné, præpositio, vel aduerbiū: sic eó, aliquó, illó, falsó, seduló, repenté, palám, forté, eá, aliquá, &c. vltimā acuunt, dum aduerbia sunt, ne puten-

tur

tur eſſ nomina, vel verba, vel pronomina, vel participia. Tertia, Conciſio accentum mutat: ideo nomina tertiæ in as, quæ in atis olim deſinebant, vltimant circunflectunt, vt olim penultimam: vt, Aquinâs, Arpinâs, noſtrâs, cuiâs. Olim dicebant cuiâtis, pro cuiâs, &c. Conciſa ſunt quoque, Donêc, pro donêcum, quod in Plauto legitur: adhûc, illûc, iſtûc, hîc, &c. dîc, dûc, fâc, &c. pro adhucce, illucce, &c. dice, face, &c. item petît, pro petiuit: fumât, pro ſumauit. Quarta, Accentum tranſpoſitio mutat, veluti omnes præpoſitionum coniunctionumque ſyllabæ, dum præponuntur, grauantur, vt dè quare: poſtpoſitæ autem acuuntur, vt qua dé re, &c. Cum, præpoſitio, que, ne, ue, encliticæ coniunctiones præcedentem ſyllabam acuunt: vt, Quícum, mécum, &c. Cæſar, papáque hominéſne, feræ'ne, &c. Quinta, Compoſitio quandoque accentum variat, vt compoſitio noſcatur eſſe, non oratio. Itaque hæc exceptio particula eſt ſecundæ exceptionis: vnde tertia à fine acuitur in ſequētibus, ſúbinde, éxinde, déinde, próinde, périnde, alíquādo, néquādo, húcuſq;, álonge, délōge, déinceps, dúntaxat, ſiníſtrorsū, quápropter, enímuero, quínimo, nímirum, nihilóminus, pro tamen: paulóminus, pro ferè: quómodo, pro qualiter: ínſuper, déſupur, intérea, póſtea, verúntamen, háctenus, quátenus. Vbi autem diuerſæ eſſent dictiones, diuerſos haberent accentus. Sexta, Idioma, id eſt, linguæ proprietas, accentum mutat, cùm

vna quæque lingua habeat accentum sibi peculiarem ac proprium. Nam secundum Latinorum regulas, Anthropos & Epiros penultimam acuerent, quia producitur: hanc tamen apud Græcos gráuem habent. E diuerso, Simoïs, quia penultimam corripit, antepenultimam secundum Latinorum regulas acueret, quam apud Græcos grauem habet, acuta penultima. Item & parácletus contra vsum linguæ nostræ in antepenultima habet accentum, quum penultima eius sit longa: vt fit in agápetus, & eléison, quæ Græcè per η scribuntur. Ex his patet in Græcis accẽtum quantitati magna ex parte contrarium esse. Sed hactenus.

*

IOANNIS DESPAVTERII NINIVITÆ DE FIGURIS LIBER.

*

FIGVRAE DIFFINITIO.

ARte nouata aliqua dicendi forma,
figura est.
Sunt eius species, Metaplasmus, Schema,
Tropúsque:
Quas, manifestatis vitiis, reserabimus
amplé.

Figura, est arte aliqua nouata forma dicendi. Figurarum notitia est poëtis oratoribúsque necessaria. Figuræ species sunt tres: Metaplasmus, Schema, & Tropus. Cæterum fuerit operæpretium vitiorum naturam antè manifestare, vt ea à figuris separare sciamus.

DE VITIIS.

Vitia orationis generalia sunt tria: Obscurum, Inordinatum, Barbarum. Obscuritatis species sunt octo: Acyrologia, Pleonasmos, Perissologia, Amphibologia, Tautologia, Ecthlipsis, cum Aposiopesi, Aenigma, Macrologia.

Inordinatæ orationis species sunt quinque: Tapinosis, Cacophaton, Cacosyntheton, Aeschrologia, Cacozelia. Barbaræ orationis species sunt duæ: Barbarismus, & Solœcismus. Eiusmodi

vitia, vtpote in primis vitanda, declarabuntur.

Barbarus est quisquis scribendo, siue loquendo
Verbum corrumpit: peregrinum est Barbaralexis.

Barbarismus, est vnius dictionis corruptio, scribendo aut loquendo commissa: vt, Tollero, cum duobus ll: Busiris, penultima correpta. Barbaralexis, *est dictio peregrina: vt, guerra, bladum, stuffa, fardellus, charreria, &c. Barbarismus dicitur a Barbarus, id est, dissonans: quia à vera Latinitate dissonat & dissidet. Barbarismus in prosa nomen suum retinet: apud poëtas Metaplasmus et Pathos nuncupatur. Ideo licet ex poëtis depromantur Barbarismi exempla, ne credas ipsos loquutos esse barbarè, siue (vt veteres sæpius dicebant) rusticè: sed intelligas Barbarismum fore, si quis ita loqueretur in prosa: Itidem censendum est de Solœcismo, cui Schemati apud poëtas nomen est.*

Esto Solœcismus vitiosa oratio quæuis.

Solœcismus, est impar & inconueniens compositura partium orationis: vt, Acuta gladius: Saluere reuerende magister. Veteres Solœcum dixerunt potius: à quo Solœcisso solœcissas, id est, incongruè loquor.

OBSCVRAE, IGNOBILISQUE orationis species.

Impropriè sumptū verbū dicatur, Acyrō.

Acyrologia, est impropria dictionis vsurpatio: vt, spero, pro timeo: Accede ad hunc ignem: id est, ad hanc meretricem. Acyrologia interpretatur impropria locutio, ab ἄκυρος, id est, improprius, & λογία, id est, locutio.

Omne superuacuum Pleonasmos ritè vocatur.

Pleonasmos, est adiectio superuacua ad plenam significationem: vt, Sic ore locuta est: Vidi his oculis. Et interpretatur super abundantia. à πλεονάζω, id est, plus quàm oportet facio, aut dico.

Esto Perissologus tibi sermo superfluus omnis.

Perissologia, est adiectio verborum superflua sine vlla vi rerum: vt, Ibant, quà poterant: quà non poterant, non ibant: Viuat rex, & non moriatur. Transfertur autem Perissologia, superflua locutio, à περισσὸς, id est, superfluus: & est penè eadem quæ Pleonasmos.

Amphibolon dubius Romanis sermo feretur.

Amphibologia, est vitio compositionis ambiguæ posita sententia: vt, Aio te Aeacida Romanos vincere posse. & fit ab ἀμφίβολος, id est, dubius.

Taurologos verbis variis rem signat eandem.

Tautologia, est diuersorum verborum aut orationum eandem rem significantium inculcatio: vt, Ipse egomet venio, exultans redeo, gaudénsque reuertor. Tautologia dicitur à ταυτότης, id est, identitas, & λογία, locutio: est enim eadem locutio.

Macrologos sermo nimium prolixus habetur.

Macrologia, est longa sententia, res non necessarias comprehendens. Virgilius,

Postera lux summo spargebat lumine terras, Orta dies, quum primum alto se gurgite tollunt Solis equi, lucémque elatis naribus efflant.

Satis fuerat dixisse, Orta dies. Macrologia traducitur longus sermo sine necessitate, à μακρὸς, id est, longus.

Eclipsis verbum, Reticentia verba subaudit.

Eclipsis vnicum verbum, id est, dictionem, subaudit. Reticentia verò, id est, Aposiopesis, plures dictiones supprimit. Eclipsis, id est, defectus seu defectio. Aposiopesis, Latinè dicitur Reticentia.

Est Aenigma, grauis nimium tibi sermo solutu.

Aenigma, est obscura sententia per obscuram similitudinem rerum: vt, Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me. significatur enim aquam in niuem conuerti, & ex eadem

rurſus effluere. Aenigma, dicitur ab αἰνίττομαι, id eſt, obſcurè loquor.

INORDINATAE ORAtionis ſpecies.

Inordinatæ orationis ſpecies ſunt quinque, Tapinoſis, Aeſchrologia, Cacophaton, Cacozelia, Cacoſyntheton.

Magna Tapinoſis tenui ſermone recludit.

Tapinoſis, eſt humilitas magnæ rei, non id agente ſententia quod demonſtrat: vt, apud Virgilium, Dulychias vexaſſe rates: pro atrociſſimè raptaſſe ac laniaſſe. Tapinoſis, à ταπεινὸς, id eſt, humilis.

Aeſchrologos nobis obſcœna oratio fertur.

Aeſchrologia, eſt vitio compoſitionis inuerecunda oratio, vt compoſitio verborum obſcœnæ ſignificationis: quale eſt, futuo, cunnus, &c. aut obſcœna pronuntiatio, ab αἰσχρὸς, id eſt turpis.

Eſt Caco rite phaton, quicquid ſonat haud bene nobis.

Cacophaton, aut Cacephaton, eſt obſcœna pronuntiatio, vel in compoſitione, vel in vno verbo: vt, Arrige aures Pamphile. κακὸν, id eſt, malum, φατὸν, dictum, hoc eſt, malè ſonans dictum.

Eſt

Esto Cacozelon praua affectatio nobis.

Cacozelia, est per affectationem decôris corrupta sententia, quum eo ipso dedecoretur oratio, quo illam voluit author ornare: vt, Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo, &c. Cacozelon, id est, mala affectatio.

Haud bene compositum Cacosyntheton esto Latinis.

Cacosyntheton, est vitiosa dictionum compositio, vel indecens scriptura: vt, Terga fatigamus hasta. Cacosyntheton, transfertur malè compositum.

DE METAPLASMO.

Dictio transformata poëtæ fit Metaplasmus.

Metaplasmus, est transformatio quædam recti solitique sermonis in alteram speciem, metri, ornatus, necessitatisue causa: vt, Cœlicolûm, induperator, dicier. A μετὰ, id est, trãs, & πλάσμα, id est, figmentum. Metaplasmi species sunt quatuordecim: Prothesis, Epenthesis, Paragoge, Aphæresis, Syncope, Ectasis, Systole, Apocope, Diæresis, Synæresis, Synalæphe, Ecthlipsis, Antithesis, Metathesis.

Adiice principio quicquam, sic Prothesin edes.

Prothesis, est appositio quædam ad principium

cipium dictionis literæ vel syllabæ : vt, Gnate, pro Nate: tetulit, pro tulit: astat, pro stat. Dicitur à πρὸς, id est, ad, & θέσις, positio, hoc est, appositio.

Adiice quid medio, sic fiet Epenthesis apté.

Epenthesis, est appositio quædam ad mediam dictionem literæ vel syllabæ: vt, Relliquias, gemino ll, pro reliquias: alituum, pro alitum. Epenthesis dicitur ab ἐπὶ, & ἐν, quæ coniuncta significant inter, & θέσις, positio, vt sit interpositio. Eandem significationem habet Parenthesis.

Adiice quid fini, pulchram facies Paragωgen.

Paragωge, est appositio quædam ad finem dictionis: vt, potestur, pro potest. à παρὰ, id est, ad, & ἀγωγὴ, id est, ductio: hoc est, adductio.

Aufert quid capiti vates, vt Aphæresin edat.

Aphæresis, est ablatio de principio dictionis literæ vel syllabæ, contraria Prothesi: vt, Pone metum, pro depone, ab ἀφαιρέω, id est, aufero.

E medio quicquam tollas, ita Syncopa fiet.

Syncopa, est ablatio de media dictione literæ vel syllabæ, contraria Epenthesi: vt, Audacter,

dacter, pro audaciter. à σὺν, id est, con, & κόπτω, incîdo. Est enim concisio: vt, Dixti, Commôrat, pro, dixisti, & commouerat, &c.

De fine demens nostris haud versibus apta est.

Apocope, est ablatio de fine dictionis literæ vel syllabæ, contraria Paragogæ: vt, Achilli, pro Achillis, ex ἀπὸ, id est, ab, & κόπτω, scindo.

Ectasis extendit tibi iure puer breuiandam.

Ectasis, est extensio syllabæ contra naturam verbi: vt, naufragia, media longa, quæ breuis est: & Italia, prima producta, quæ natura alioqui corripitur. Dicitur ab, ἐκτείνω, id est, produco. Eadem Diastole vocatur.

Producenda foret, quam Sistola corripit ipsa.

Systole, est correptio syllabæ contra naturam verbi facta, contraria Ectasi: vt, Aquosus Orĭon, pro Orīon, productè. à συστέλλω, id est, corripio.

Syllaba per binas diuisa diæresis esto.

Diæresis, est diuisio vnius syllabæ in duas: vt, Aulai, pro aulæ. à διαιρέω, id est, diuido.

Syllaba de binis est facta Synæresis vna.

Synæresis, est conglutinatio duarum syllabarum in vnam: contraria Diæresi: vt, Phaton,

dissyllabum, pro trisyllabo. à σὺν, id est, con, & αἵρεσις, diuisio, quasi diuisorum coniunctio.

M, necat Eclipsis, seu vocalem Synalœpha.

Eclipsis vel Ecthlipsis est m, literæ cum sua vocali ante vocalem elisio. Synalœpha, est vocalis ante vocalem interemptio in diuersis dictionibus: vt, O curuæ in terras animæ & cœlestium inanes. Eclipsis, ab ἐκ, & λείπω, id est, deficio, & interpretatur elisio. Synalœphe, id est, coniunctio. à συναλείφω, id est, coniungo.

Antithesis fiet tibi, litera si uarietur.

Antithesis, est literæ pro litera positio: vt, olli, pro illi. ab ἀντὶ, id est, pro, & θέσις, positio, quasi alius pro alia positio.

Est meta nempe thesis si transponas elementum.

Metathesis, est literarum in alium locum transformatio, nulla litera è dictione sublata: vt, Euandre, Tymbre, pro Euander, Tymber. A μετὰ, id est, trans, & θέσις, positio, quasi transpositio.

Præpositura quidem mutata, Parallaga fiet.

Protheseωn Parallaga, aut Parallage, est præpositionum mutatio, quum altera pro altera ponitur: vt, Cui de te tantùm licuit, pro, in te. Protheseωn Parallage, transfertur præpositio

sitionum mutatio. à πρὸ, id est, præ & ante, & θέσις, positio.

DE SCHEMATE.

Schemata dant species tibi Lexeos & Diancæas.

Schema, est quicquid à simplici atque in promptu posito dicendi modo vel poëticè, vel oratoriè mutatur. Schematis species sunt duæ: Diancæas, id est, mentis vel sensus, vel sententiarum: Lexeos, id est, dictionis, verborum, sermonis, orationum. Schematis autem Lexeos species multæ sunt: sed necessariæ traduntur, per quas similes colligentur, Prolepsis, Zeugma, HypoZeuxis, Syllepsis, Asymbeton, Dialyton, Polysymbeton, Anadiplosis, Anaphora, Epanalepsis, EpiZeuxis, Paronomasia, Schesisonomaton, Paromœon, Homœoteleuton, Homœoptoton, Polyptoton, Hyrmos, Climax. Schema transfertur cultus, figura, habitus. Diancæa, diancæas, id est, sententia. Lexis, dictio.

Per partes totum, aut referat post facta prolepsis.

Prolepsis, est præsumptio rerum ordine secutarum, vel cùm numerus ante verbo redditur, quàm personæ definiantur: vt, Interea reges: ingenti mole Latinus Quadriiugo vehitur curru, &c. bigis it Turnus in albis. Hinc pater Aeneas Romanæ stirpis origo: Et iuxtà

Asca

Ascanius magnæ spes altera Romæ, Procedunt castris, &c. & dicitur Prolepsis, à πρὸ, id est, ante, & λῆψις, sumptio.

Verbo vno plures sensus per Zeugma recludo.

Zeugma, est vnius verbi conclusio, diuersis clausulis aptè coniuncta: vt, Aduersatur libidini castitas, auaritiæ liberalitas, mediocritati luxuria, modestiæ superbia, strenuitati acedia. Zeugma interpretatur adiunctio, à ζευγνύω, id est, iungo.

Iungit Hypozeuxis sua rebus verba quibusque.

Hypozeuxis, est figura Zeugmati contraria, vbi suum cuique clausulæ redditur verbum. Virgil. Regem adit, & regi memorat noménque genúsque, Quidue petat, quídue ipse ferat, &c. ab ὑπὸ, id est, sub, & ζεῦξις, coniunctio.

Verbo vno varia est Syllepsis clausula nexa.

Syllepsis, est diuersarum clausularum per vnum verbum conglutinata conceptio: veluti, Hîc illius arma, hîc currus fuit. à σὺν, id est, con, & λῆψις, captio, vt sit conceptio.

Copula supprimitur, quo fiat Asyntheton apté.

Asyntheton, est oratio sine coniunctionibus necessariò subauditis: vt, Dum ætas, metus, ma-

gister prohibebant. ab ἀ, priuatiua particula, & σὺν, id est, con, & θετὸν, id est, positum, quasi compositum.

Copula multiplicata facit Polysyntheton vsque.

Polysyntheton est, oratio multis nexa coniunctionibus. Virgilius, Athamásque, Thoásque, Pelidésque Neoptolemus, primúsque Machaon. à πολὺ, id est, multum, & σύνθετον, id est, compositum, quasi multipliciter compositum.

Finem principio repetens Anadiplosin edes.

Anadiplosis, est versus finis in principio alterius capitis repetitus: vt, Sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens, &c. ab ἀνὰ, id est, re, & δίπλωσις, duplicatio.

Principium fit idem nonnunquam versibus apté.

Anaphora, est relatio verbi eiusdem aut similis per principia complurium versuum: vt, Nate meæ vires, mea magna potentia solus, Nate patris summi, &c. ab ἀνὰ, id est, re, & φορά, latio.

Principio & fini reperitur versus eodem.

Epanalepsis, est quum eadem dictio & principium versus, & clausulam tenet: vt, Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa. & interpretatur reacceptio, siue replicatio. ab ἐπὶ, & ἀνὰ, quæ coniuncta significant re, & λῆψις,

λῆψις, acceptio.

Dictio format Epizeuxin cum vi geminata.

Epizeuxis, est eiusdem dictionis sine medio geminatio, cum impetu pronuntiationis, vt, Me me adsum, qui feci, in me conuertite ferrum O Rutuli, &c. interpretatur coniunctio, aut combinatio.

In simili verbo ludit quandoque poëta.

Paronomasia, est veluti quædam denominatio, vel quoties aliud nomen efficitur de alio: vt, Nam isthæc incœptio est amentium, haud amantium. à παρὰ, id est, iuxta, & ὀνομασία, nominatio.

Mobile cuique suum fixo connectitur apté.

Schesisonomaton, est quum singulis nominibus epitheta connectuntur: vt, Marsa manus, Peligna cohors, Festina virûm vis. Componitur ex nominatiuo σχέσις, id est, habitus, & genitiuo ὀνομάτων, id est, nominum, quasi habitus vel habitudo nominum.

Principiis eadem est Paromœon littera multis.

Paromœon, est quando ab eisdem literis diuersæ dictiones sumunt initium: vt, Machina multa minax minitatur maxima muris. Paromœon, id est, simile. à παρὰ, id est, iuxta, & ὅμοιος, id est, similis.

Verborum similis sit finis Homœoteleuton.

Homœoteleuton, est quum simili modo plurimæ dictiones finiuntur: vt, Bella horrida, bella. ab ὅμοιος, id est, similis, & τελευτὸν, id est, finitum.

Casus Homœoptoton erit similis tibi multus.

Homœoptoton, est oratio vno similique casu compacta, & excurrens in eosdem & similes casus. Ennius, Mœrentes, flentes, lachrymantes, ac miserantes. ab ὅμοιος, id est, similis, & πτῶσις, casus.

Bella Polyptoton varij sit clausula casus.

Polyptoton, est oratio casuum varietate distincta, aut clausula varios casus retinens: vt, Littora littoribus contraria, fluctibus vndas. & dicitur à πολὺς, id est, multus, & πτῶσις, casus.

Sermonis series prælõga vocabitur Hyrmos.

Hyrmos, est series aut constructio orationis continuæ, tenorem suum in multos versus protendens. Virgil. Principio cœlum ac terras, camposque liquentes, Lucentémque globum Lunæ, Titaniáque astra, &c. Et dicitur Hyrmos, quasi syrmos, id est, tractus. à σύρω, id est, traho.

E verbo in verbum Climax it, pulchra figura.

figura.

Climax, est de verbo in verbum gradatio, quæ dicta repetit, & prius quàm ad aliud descendat, in prioribus resistit: vt, Aphricano virtutem industria, virtus gloriam, gloria æmulos comparauit. Interpretatur scala, vel gradatio.

DE TROPIS.

Vertit ad improprium Tropus omnia significatum.

Tropus est verbi vel sermonis à propria significatione in aliam cum virtute mutatio: vt Vulpes, pro astuto: Bacchus, pro vino. dicitur à τροπὴ, id est, versio, vel mutatio. Tropi species sunt tredecim: Metaphora, Catachresis, Metalepsis, Metonymia, Antonomasia, Epitheto͂, Synecdoche, Onomatopœia, Periphrasis, Hyperbaton, Hyperbole, Allegoria, Homœosis. Cæteri omnes huius speciei videntur.

Propter rem similem pro verbis verba repones.

Metaphora, est rerum verborúmque per similitudinem translatio: vt, Rident prata. à μεταφέρειν, id est, transferre.

Esto Catachresis bona vocis abusio nobis.

Catachresis est vsurpatio nominis alieni: vt. Parricidam, matris quoque aut fratris interfectorem dicimus. à κατὰ, id est, contra, & χρῆσις, id est, vsus, quasi contra vsum.

At metalepsis erit transumptio facta gradatim.

Metalepsis, est transumptio gradatim facta, quum dictio aliud à sua propria significatione ex his quæ præcesserunt denotat: vt, Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Post aliquot aristas, ergo post segetes: & sic post æstates, & proinde post aliquot annos. à μετὰ, id est, trans, & λῆψις, id est, sumptio vel acceptio.

Dico Metonymiam, Bacchum bibo, vina coronant.

Metonymia, est nominis transmutatio, quoties pro inuentore inuentum, pro continente contentum, pro efficiente effectum, pro possesso possessorem, aut contra, capimus. Metonymia transfertur nominis transmutatio. à μετὰ, id est, trans, & ὄνομα, id est, nomen.

Appellatiuum proprij vice sæpe locatur.

Antonomasia, est vocabulum, quod sine nomine positum, proprio eius loco fungitur: vt, Magnanimus Anchisiades, pro Aenea: Saturnia, pro Iunone. Transfertur pronominatio, aut pro nomen, ab ἀντὶ, id est, pro, & ὄνομα, id est, nomen.

Exornat carmen fixo bene mobile quadrans.

Epitheton, est appositum nomini adiectiuum perpetuam ferme naturam rei indicans:

vt, Alma Ceres, Pulchra Venus, Tristia bella. ab ἐπὶ, id est, ad, & θετὸν, positum, quasi appositum.

Pro naui puppis, contráve, Synecdoche habetur.

Synecdoche, est figura cùm à parte totum intelligitur, aut contrà numerúsve pro numero sumitur. vt, Da requiem puppi, veniet cùm frigidus annus. pro naui & hyeme. Interpretatur comprehensio.

Sæpe sonus causam fingendi nomina præstat.

Onomatopœia, est dictionis ex sono confictio: vt, Mugio, hinnio, pipio. ab ὄνομα, ατος, id est, nomen, & ποιέω, facio, vnde est nominis fictio.

Rem circunloquimur, fit quando Periphrasis apta.

Periphrasis, est circunlocutio quædam, quum id quod vno aut paucioribus verbis dici potest, pluribus explicatur. Virgilius, Et iam prima nouo spargebat lumine terras, Tithoni croceum linquens aurora cubile.
Id est, dies oriebatur. Dicitur à περὶ, id est, circum, & φράσις, id est, locutio, vt sit circunlocutio.

Valde turbatus vocum fit Hyperbaton ordo.

Hyperbaton, est transcensio quædam, verborum ordinem perturbans. Virgilius Aeneid. 12.

Interea reges, ingenti mole Latinus
Quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt,
Solis aui specimen, bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato crispans hastilia ferro:
Hinc pater Aeneas Romanæ stirpis origo,
Sydereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis:
Et iuxta Ascanius, magnæ spes altera Romæ,
Procedunt castris.

Hyperbaton, verbi transgreßio interpretatur, ab ὑπερβαίνω, id est, transcendo. Cuius species sunt quinque: Hysterologia, siue Hysteron proteron, Anastrophe, Parenthesis, Synchesis, Tmesis.

Hysteron est proteron, postponas si antè locanda.

Hysteron proteron, est sententiæ cum verbis ordo mutatus. Virgilius, Et torrere parant flammis, & frangere saxo. Prius enim frangunt saxo, quàm torrent. Hysteron, id est, vltimum vel postremum. Proteron, id est, prius. Hysterologia, præpostera locutio.

Ordo inuersus erit tibi Anastropha præposituræ.

Anastrophe, est verborum tantùm ordo præposterus: vt, Italiam contra: Maria omnia circum. Anastrophe, est reuersio vel inuersio, ab ἀναστρέφω.

Interiecta, Parenthesis est, sententia quæuis.

Parenthesis, est interposita formatio diuersæ sententiæ: vt, Aeneas (neque enim patrius consistere mentem Passus amor) rapidum ad naues præmittit Achatem. Interpretatur Interpositio.

Synchesis, est prorsum vocum aut confusio sensus.

Synchesis, est hyperbaton obscurum, & omni parte confusum: vt, Treis Notus abreptas in saxa latentia torquet: Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus aras, &c. Synchesis, id est, confusio, à σὺν, id est, con, & χέσις, fusio.

Quoquam interposito per Tmesin verbula scindo.

Tmesis, est vnius compositi vel simplicis sectio, vna dictione, vel pluribus interiectis: veluti, Est Boreæ regio septem subiecta trioni. Tmesis, dissyllaba dictio est, idem significans quod sectio, à τμάζω, id est, scindo. eadem vocatur Diacope, id est, intercisio.

Excessus fidei manifestus Hyperbola fertur.

Hyperbole, est oratio excedens fidem, augendi vel minuendi causa. Augendi: vt, Niue candidior. Minuendi: vt, Vix ossibus hærent. ab ὑπὲρ, id est, super, & βολὴ, vel βόλος, id est, iactus.

Dic Allegoriam, sensu si verba repugnent.

Allegoria est tropus, quo aliud significatur, aliud dicitur, & ita verba sensu, id est, sensui repugnant. Virgilius, Sed nos immensum spatio confecimus æquor: Et iam tempus equûm fumantia soluere colla, id est, quæ tractanda fuerant, affatim explicuimus. Dicitur ab ἄλλο, & ἀγορεύειν, id est, ab aliud dicendo.

Illudens rectè sermo Ironia feretur.

Ironia, est dissimulatio, aut illusio, qua contraria ostenduntur sensui, quem verba præ se ferunt: vt, Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis Túque puérque tuus, &c. Et dicitur ab εἰρωνεύομαι, quod est dissimulo, & cauillatoriè decipio.

Antiphrasis verbum sit per contraria dictum.

Antiphrasis, est vnius verbi ironia: vt, Bellum, quòd minimè bellum sit: & lucus, quòd minimè luceat. Antiphrasis, est per contrarium locutio. ab ἀντὶ, id est, contra, & φράσις, locutio.

At charientismos tibi molliet aspera dictu.

Charientismos, est tropus quo dura dictu gratius proferuntur: vt si interroganti, Num me quæsiuit quispiam? responderis, Bona fortuna, id est, nemo.

nemo. Charientismos, id est, gratificatio, & vrbanitas.

Sermo procul notus festiua Parœmia fertur.

Parœmia, est accommodatum rebus & temporibus prouerbium: vt, Lupus est in fabula, id est, adest is cuius præsentia loqui vetamur. à παρὰ, id est, iuxta, & οἴμη, id est, cantus vel cantilena, quasi iuxta cantilenam.

Hosticus irrisus nobis Sarcasmos habetur.

Sarcasmos, est plena odio atq; hostilis derisio: vt Pyrrhus ad Priamum,
Referes ergo hæc, & nuntius ibis
Pelidæ genitori: illi mea tristia facta,
Degenerémque Neoptolemum narrare memento.

Simplicitas Asteismos erit, si rustica desit.

Asteismos, est tropus multiplex, numerosæque virtutis. Nam est quicquid rustica simplicitate caret, & faceta satis vrbanitate exprimitur, vt apud Virgil. in Bucolicis,
Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui:
Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.
Dicitur ab ἀστεῖος, id est, vrbanus.

Nota parum demonstrat Homœosis mage notis.

Homœosis, est minus notæ rei per similitudinem

dinem eius, quæ magis nota est, demonstratio. ab ὅμοιος, id est, similis, quòd sit similitudo.

Est Icon quoties formæ bene confero formam.

Icon, est personarum inter se, vel eorum quæ personis accidunt, comparatio: vt, Os humerósque Deo similis. Icon, ικονος, imago vel similitudo.

Iure disertus erit, quisquis rem comparat apté.

Parabola, est rerum genere dißimilium comparatio: vt, Qualis mugitus, fugit cum saucius aram Taurus, & incertam excußit ceruice securim. Parabola dicitur adiectio, à παρὰ, id est, iuxta, & βολὴ, iactus: βάλλω, iacio: vt sit adiecta cuique rei comparatio.

Exemplum facti vel dicti sit Paradigma.

Paradigma, est exempli hortantis vel dehortantis enarratio. Hortantis, Antenor potuit mediis elapsus Achiuis Illyricos penetrare sinus, &c. Dehortantis, At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor, Ledæámque Helenam Troïanas vexit ad vrbes, &c.

Paradigma, id est, exemplum. παραδείκνύω, id est, exemplifico. à παρὰ, id est, iuxta, & δεῖγμα, id est, signum.

Miscellanea reliquarum figurarum declaratio.

Multa figurarũ descriptio nomina sumit.

Figurarum

Figurarum descriptiones variis è rebus varia sortiuntur nomina: vt descriptio temporis, Chronographia. Loci, Topographia. Natalis, Genethliacon. Pugnæ, vt Monomachia, duorum singulare certamen: Naumachia, pugna naualis.

Inuenies versum repetitum sæpe decenter.

Epimone, est eiusdem versus frequens repetitio: vt in ludicro Virgilius, Incipe Mænalios mecum mea tibia versus, &c. Interpretatur perseuerantia, & insistentia, ab ἐπιμόνως, id est, constanter.

Respondere solent scriptores obiiciendis.

Anthypophora, est ad obiicienda responsio: vt, Sum pius, heu doleo: nam mihi sæpe nocet. Posset quæri, Cur doles te pium esse? Huic tacitæ quæstioni sic occurritur: Nam mihi sæpe nocet. Anthypophora, est solutio. Hypophora nanque, obiectio dicitur, ab ἀντὶ, id est, contra.

Quas tibi declarat syntaxis, non repetemus.

De appositione, euocatione, conceptione, prolepsi, Zeugmate, amiptosi, synthesi, & synecdoche, &c. quæ in Syntaxi dicta sunt, haud operæpretium fuerit hic repetere: itaque illis supersedendum censeo.

Rem

Rem nimis vt notam ferimus nos sæpe tacere.

Parasiopesis, est quum aliquid nos reticere dicimus, vtpote omnibus notum: aut cùm suspicionem excitare maiorem reticendo possumus: quale est illud, In præsentia iudices, iniussu populi, quæ improbißimè gesserit, reticebo. Dicitur à παρὰ, id est, apud, ab, præter, & σιωπὴ, id est, silentium.

Fingere personã res est percrebra poëtæ.

Prosopopœia, est personæ fictio, quoties inanimatum ad animatum loquitur: aut contrà, animatum ad inanimatum: vt Ouidius, Parue, nec inuideo, sine me liber ibis in vrbem. Et apud eundem in Metamorpho. vbi terra loquitur. Dicitur à πρόσωπον, id est, persona, & ποιέω, id est facio, vel fingo.

Laudatur verbi repetitio facta decenter.

Epanodos, est cum decore dictionis repetitio, siue regreßio, plerunque cum negatione, & interdum sine ea: vt, Principatus bonus est, &c. non bonus autem qui in tyrannidem conuertitur. Fit ex ἐπὶ, & ἀνὰ, quæ coniuncta iterum vel retro indicant, & ὁδὸς, via, quasi in priorem viam regreßio.

Virtutum vitiis interdum nomina dãtur.

Paradiastole, est quum rem nostram dilatamus per interpretationes: vt quum astutum sapientem vocamus: prodigum, liberalem: te-

merarium, fortem. Componitur ex παρὰ, id est, iuxta, & διαστολὴ, id est, dilatatio.

Hendiadym facies soluens in mobile fixum.

Hendiadys, figura est quum resoluitur substantiuum in adiectiuum: vt, Chalybem frenósque momordit, pro Chalybeos frenos. ab ἓν, id est, vnum, & διὰ, id est, per, & δύο, id est, duo, quando vnum per duo dicitur.

Quando pati quod agit fero, contraue, Hypallage habetur.

Hypallage, est figura quum verba per diuersum intelliguntur, quum quod patimur, agere dicimur, aut contra: vt, Trade rati ventos: pro Trade ratem ventis. ex ὑπὸ, id est, sub, & ἀλλαγὴ, id est, mutatio.

Liptote erit, quoties plus significans, minus aio.

Liptote figura est qua minus dicimus quàm significamus: vt, Haud parum doctus, id est, multum. à λείπομαι, id est, deficio.

Antitheton fiet, quoties cõtraria nectes.

Antitheton, est figura qua contraria contrariis opponuntur: vt, Frigida pugnabant calidis, humentia siccis, Mollia cum duris, &c. Antitheton, id est, contra positum. ab ἀντὶ, id est, contra, & θετὸν, positum.

Quæstio Erotema est internumerata figuras.

Erotema

Erotema, est interrogatio: vt, Quis furor ò ciues? quæ tanta licentia ferri? ab ἐρωτάω, id est, interrogo.

Dicta prius declarat Epexegesis aperté.

Epexegesis, est antè dictorum expositio vel declaratio: vt, Tolle fuga Turnum, atque instantibus eripe fatis. Dicitur ab ἐπὶ, id est, supra, & ἐξήγησις, id est, expositio.

Emphasis est sensus maior, quàm verba recludant.

Emphasis, est figura altiorem præbens intellectum, quàm quem verba per se ipsa declarant: vt, Semper ego auditor tantum? in Ego, est Emphasis apud Iuuenalem. Emphasis interpretatur significatio, ab ἐμφανίζω, id est, demonstro.

Quod nihil ad sensum facit, esto Parelcon vbique.

Parelcon, est dictionis aut syllabæ nihil ad sensum facientis adiectio: vt, Adesdum, paucis te volo. Dum parelcon, est syllabica adiectio. Dicitur à παρέλκω, id est, produco.

Ob pulchram vocem quid factum, Euphonia fertur.

Euphonia, est mutatio quædam venustioris gratia soni: vt, Redeo, pro reeo. ab εὖ, id est, bene, & φωνὴ, vox, quasi bona vox.

Versus ad absentem dicetur Apostropha sermo.

Apostrophe, est, ad absentem sermonis conuersio: ut, Te nunc appello Aphricane, &c. ab ἀποστρέφω, id est, auerto.

Dic Alloethetã cõtra artẽ quid uariatũ.

Alloetheta, est accidentium contra artem mutatio: ut, Pars in frusta secant, &c. continet enim sub se Antiptopsin, Synthesin, & plures alias figuras: & interpretatur aliter posita. ab ἀλλοῖος, id est, alius & uarius, & θετὸν, id est, positum: θέσις, positio.

DE ACCENTIBVS SEV TONIS, APPENDIX.

* *
*

PROSODIAM *Græci, Latini accentum, ueteres notas uocũ, moderamina, tenores, fastigia (quòd literarum capitibus apponerentur) appellarũt. Aldo, numero sunt decẽ: Acutus, grauis, circunflexus, longus, breuis, subunio, subdiuisio, apostrophus, aspiratus, & tenuis.*

De monosyllabarũ atque dissyllabarũ dictionũ quantitate, suffecerint quæ Panthaleo noster proposuit: ubi uerò de polysyllabis agit, hæc adiicere potes.

Distinctionis gratia, mutatur accentus, sic

Vná aduerbiũ,ad differẽtiã nominis acuitur. Ergô aduerbiũ circũflectitur, cõiunctio grauatur. Sic eó,aliquó,falsó,repenté &c. acuuntur,ne putentur esse nomina, uel pronomina: in contextu tamen orationis grauantur.

Syncope accentũ mutat,sic aquinâs, cuiâs, ultimã circũflectũt:ut olim penultimã aquinâtis,ciuiâtis:sic donêc,adhûc, fumât,pro fumâuit. Et per apocopen, ut,ô mercúri. Trãspositione mutatur accentus, ut qua dé re, quo dé genere,pro de qua re &c. Cũ præpositio, itẽ quod, ne,ue,encliticæ cõiunctiones,accentũ proprium in præcedentẽ reiiciunt,& acuunt: ut, quícum,mécum, hominésne feræ'ne.

Idiomate accentus immutatur, sic εἴδωλον antepenultimam Græcis acuit,Latinis penultimam,φιλοσοφία Græcis,philosóphia Latinis. Qua in re Quintiliani præceptum obseruandũ. Mihi autẽ placet(inquit) Latinam rationẽ sequi:Qui Græcã figurã sequi malet,nõ Latinè quidem,sed citra reprehensionẽ loquetur.

Quòd ad Hebræas dictiones attinet:ubi earũ ratio nõ cõstiterit,Latinè proferre poteris.

Longus accẽtus,supra uocalẽ positus,ipsam productam ostendit, ut rēgula, uel sic,rêgula.

Breuis,breuem supra quam locatur indicat,ut Dĕus.

Ὑφὲν,Latinè subunio,uirgula est incurua, dictionibus subscripta,qua dictiones coniungendas

gēdas indicamus. Ita figuratur:ut, qui‿cunq;.

Ὑποδιαστολὴ*,subdiuisio* Latinè,*semicirculus est quo dictiones inter se diuidimus, hoc modo:cor,uinum lætificat.*

Ἀπόστροφος*, auersio, semicirculus est supra uocalem positus, quo uocalem elisam significamus:hoc modo,Tanton' me crimine dignum duxisstis?pro tantóne.*

Δασεῖα*, aspiratus spiritus* Græcorum,*nostrum est h:ut,*ὕμνος*,hymnus.*

Ψιλὴ*, tenuis spiritus uocalem sine aspiratione proferendam significat:ut,* ἐγὼ : *Latini hunc characterem ignorant.*

De periodis,seu clausularum punctis.

Περίοδος , Latinè *circuitus; circunductus, conclusio,uocum est circuitio & comprehensio, qua impletur & absoluitur sententia, puncto notatur,hoc modo .*

Huius partes sunt Colon & Comma.

Κῶλον*, est orationis pars,quæ etiam si uerbo finiti modi constat, legentis tamen animum adhuc suspensum tenet:geminato puncto notatur sic :*

Κόμμα, Cicero *incisum uocat,notula est ad faciliorem lectionem,orationis partes distinguens:sic notatur ,*

Sunt & aliæ notulæ quæ lectionem adiuuant:cuiusmodi sunt uirgula ‘

Punctum admiratiuum seu exclamatiuum !
Punctum interrogatiuum ?
Parenthesis ( )

Periodus est eiusmodi apud Ciceronem 1. *epistolarum:* Ego *omni officio ac potius pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus: mihi ipse nunquam satisfacio:* T*anta est enim magnitudo tuorum erga me meritorum: ut, quoniam tu, nisi perfecta re, de me non conquiesti: ego quia nō idem in tua causa efficio: uitam mihi acerbam esse putem. Quinque hæc periodus colis constat, commatis quatuor, quæ ex suis notulis quiuis facilè intellexerit.*

De ratione carminum Græcorum.

V*Isum est quoq; nō incommodum futurū studiosis, si de ratione carminū ea duntaxat subiecero, quæ Latinis, nisi parcissimè fiāt ad imitationem Græcorum, uitiosa sunt, uel etiam ignota, Græcis tamen cōmuni usu protrita, omnibus iure optimo liberè cōceduntur.*

In qualibet cæsura, uocales breues subinde Græcis producuntur, perrarò in quinaria & septenaria Latinis. Cæsura seu sectio, Græcè τομὴ *uel* τμῆσις, *est dictionis post pedē quēuis absolutum, ultima syllaba superstes.*

ἐν δὲ μέγα ἰάχοντες ἐπέδραμον υἷες ἀχαιῶν.
ἀλλὰ τάγ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται.
αὐτὰρ ἐπεὶ δαναῶν γένετο ἰαχή τε θρόος τε.
καί τε σμικρὸν ἐὸν τόν τ' ἐπάχνωσε φίλον ἦτορ.

In primi

In primi uersus τριημιμερεῖ, γα, *& secundi,* πενθημιμερεῖ, τα, *producitur* α, *quanuis correpta sit, in tertij* ἑφθημιμερεῖ, το, *& quarti* ἐννεημιμερεῖ, σε.

Idem frequentius fit, si sequens dictio substruat binas uel duplices consonantes, quæ præcedentis dictionis uocalem finalem breuem, Græcis positione suffulciunt, cùm tamen apud Latinos binæ consonantes dictionem inchoantes, præcedentem uocalem breuem positu nihil iuuent.

Καὶ τῶν γε στρατὸν εὐρὺν ἀπώλεσεν ἠδ' ὄγε τεῖχος:
Δεῦτε δὴ ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι.
Καὶ τοὶ μὲν χείρεσσιν ὑπὸ σφετέρῃσι δαμέντες.
Τοῖσιν ἔην καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα.
Τὸν τε χολωσάμενος προσέφη νεφεληγερέτα ζεύς.

Vocales longæ uel diphthongi nudè finales, communes fiunt, si subsequens dictio incipiat à uocali, ut in hoc carmine η *&* ῃ *corripiuntur.*

Τύνη ἐγὼ δὲ ἠὲ πέρσῃ ἐτήτυμα μυθησαίμην.

Quandoque in eadem dictione tam longæ quàm breues, communes fiunt uocali continuo sequente.

ἔδμεναι, οἷα σύες χαμαιευνάδες αἰὲν ἔδουσι.
ἕκτορ ὑὲ πριάμοιο τίη δὲ σὺ νόσφιν ἀπ' ἄλλων.
αὐτίκα πὰρ, διὶ πατρὶ καθεζομένη κρονίωνι.
Τὸν δὲ γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε κρονίων.

Per συνεκφώνησιν, *seu* σύζευξιν, *duæ syllabæ*

ſine media conſona interuallante, in unam longam confluunt, quatuor modis: breues: breuis & longa: longæ, & breuis: longæ, & quandoque finales in breuem, proximè uocali ſequente.

Τοῦ κεκορυσσάμενος νείκεα καὶ δῆριν ὀφέλλοις.
ὥρη γὰρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε.
Βουσὶ καὶ ἡμιόνοισιν ἐπήτανον αὐτὰρ ἔπειτα.
Τῆμος θώμισου βουσὶν ἐπὶ δ' αἰνέρι τὸ πλέον εἴη.
Δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν κατα χεύετ' ἀοιδήν.

Connexiones μν, κτ, πτ, *præcedentem uocalem breuem, ueluti mutæ cum liquidis, communem faciunt.*

ἥτε καὶ ἀπαλάμνόν περ ὅμως ἐπὶ ἔργον ἐγείρει
Πέντε δὲ συσχίξαι ἕκτῳ δ' εἰς ἄγγε ἀφύσσαι
Θήβης αἰγυπτίης ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐνὶ κτήματα
κεῖται.

Non rarò ſola liquida uocalem antecedentem breuem extendit.

Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφελον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι.
ἱμερόεν κονάβησε, Θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄεισε.
Δῶρα διονύσου πολυγηθέος αὐτὰρ ἐπὴν δή.

Liquida cum alia conſonante ſequente, quandoque præcedentem uocalem breuem nihil impedit poſitione.

εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμα ἐνχώριον ἄλλο γένηται
Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων.

In ἐγχώριον, *γ natura v eſt, conflatur enim ex* ἐν *&* χώρα. *Etiamſi mauis non abſurdè ex*

χρύσεων

χρύσεον per συνεκφώνησιν, spondeum efficies.

Nonnunquam σ præcedentem uocalem longam ueluti liquida mollificat.

ἦντ' ἂν ἐξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο.

Quædam monosyllaba, quandoque ueluti ad artem non pertinentia, negligũtur, quandoque ceu uernæ alterius dictionis uicinam syllabam inualidam suffirmant.

ἄσπερῃ χεῖμα κακῇ θέρει δ' ἀργαλέῃ οὐδέποτ' ἐσθλῇ.

Αἱ δὲ καὶ ἐργὰ ζῇ τάκασι ζηλώσει κἀεργής.

Νῦν δ' ἐγὼ μήτ' αὐτὸς ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος,

In θέρει & ζηλώσει corripitur ει, propter uocales insequentes, & δ' κ' particulæ tanquam nullius momẽti, éque carminis structura semouendæ despiciunt. In ἐγὼ uerò ε ministerio δ' adiuta protenditur. Vide Seruium eadem ferè disserentem super uersu tertij Aeneid. Limináque laurúsque.

Græcis liberum est in carmine facere, uel minus, apostrophum.

Τὸ πρῶτον τέρπει τε βροτοὺς ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν.

ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ἐπὶ οἶκον ἄγεσθαι.

Vides in priore uersu ἐπὶ ι amisisse, in posteriore non itẽ, utrobique tamen uocali proximè sequẽte. At Latinis, quãdo prior dictio finit uel in uocalẽ uel cõsonantẽ m, nũquã sine uitio cõceditur præterire collisionẽ: ut, littora, mult' ill' & terris iactatus & alto, nisi id rarissimè

fiat ad imitationẽ Græcorũ, ut, Insulæ Ioni' in magno quas dira Celeno Et succus pecori & lac subducitur agnis. Virgil. Aegloga 3. Tún' ill' Aeneas quẽ Dardanio Anchise. In insulæ, pecori, & Dardanio, uocales finales longæ nõ auulsæ, per apostrophum cõmunes sunt, more Græcorũ, iuxta canonẽ tertium. Item, Latini tam longas quàm breues uocales elidunt, Græci tãtùm breues, adposito semper collisionis signaculo. Vnde nulla facienda est collisio in mẽsurandis carminibus Græcis, nisi sit signata. Denique sciendum, celebri usu Græcis esse poëtis, præcipuè Hesiodo, quinto loco hexametri deligere spondeum.

μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδῆσι κλείουσαι.

In hoc carmine etiam μοῦσαι spondeũ efficit, non trochæũ. nam αι & οι diphthongi finales, quãuis apud Grãmaticos censeãtur breues, tamen apud poëtas, nisi per apostrophũ decidãt, uel propter sequentẽ uocalẽ corripiãtur, habẽtur productæ. Item πιερίηθεν primã producit, licet uocalis sit ante uocalẽ. Vbi nota quòd in Latinis dictionibus semper uocalis ante uocalem corripitur, præter in fio. Apud Græcos uerò α ι υ ante alias uocales nunc longæ sunt, nũc breues, ut in λαός ¯ ˘ α producitur, in ἀοιδός ˘ ¯ ˘ corripitur. Porro Græcis facillima obseruatio est quantitatum, nam quælibet diphthongus & uocales η ω perpetuò syllabam

bam

bam longam, & breuem (nisi naturam suam exuant aliquo prædictorũ modorũ) constituũt. Solæ uocales α ι υ, διχρόνοι, id est, nunc produ ctæ, nunc correptæ inueniuntur. Quarũ tempo ra leuissimis quoque coniecturis studiosus abũ de uenabitur, nẽpe primitus uel inflectione, finaliũ quantitatẽ, cũ passim ex cõpendio, tum etiam accentu uel apostropho deprehẽdat, ut, τὸ μέλι τῷ μέλιτι, *ι corripit,* τιμὰς *α producit.*

Omnis synæresis facit syllabam longam, στάχυες ˘ ˘ ˘ στάχυς ˘ ¯. *Caue tamen putes synæresin factã, ubi sæpius syncopa fit uel apostrophus: ut in* ἠλίθιε ˘ ˘ ˘ ἠλίθε ˘ ˘ καὶ ἀεργός, ἠἀεργός ˘ ¯ ˘.

In uerbis α ι finale corripitur, quia polysyllaba in antepenultimã accentũ, ubi stare nequiret, si ultima esset lõga, recipiunt : τέτυφα ἔτυψα τύπτοιμι τύφθηθι, ἵστημι ἵσταθι, *dissyllaba eodẽ argumẽto penultimã circunflectũt* εἶπα, σχῆμα. *sic quoque α productã participiorum in α σ ostendit accentus,* ποιήσασ ¯ ¯ ¯ ποιήσασα ¯ ¯ ¯ ¯. *sed & participia in μι ancipites α υ extendunt,* ἱστὰσ ¯ ¯ ἱστᾶσα ¯ ¯ ˘ στὰσ ¯ στᾶσα ¯ ˘ ζευγνὺσ ¯ ¯ ζευγνῦσα ¯ ¯ ˘ *Etiã α in tertiis personis ante ultimã Ionũ more insertum, ι per duplicationẽ accessorium, & α υ propriæ uocales in uerbis in μι solutæ, corripiuntur.* τύπτοιντο τυπτοίατο ¯ ¯ ¯ ˘ ποιεῖται ποιέαται ¯ ˘ ˘ ¯ τιθοῦσι ˘ ¯ ˘ τιθέασι ˘ ˘ ˘ ˘ ζεῦγνυτον ¯ ˘ ˘

Item apostrophus communi usu desecans uocales tantùm breues ancipites arguit correpta, ut in ἐπὶ ˘ ˘ κατὰ ˘ ˘ μάλα ˘ ˘ ἵνα ˘ ˘ ancipites corripiuntur, quia sæpius inueniuntur per apostrophum reuulsæ, ἐπ᾽ κάτ᾽ μάλ᾽, ἵν᾽. Sed & α ι υ finales in præpositionibus, aduerbijs & cōiunctionibus ferè in uniuersum correptæ sunt. Et *hæc de finalibus.* Verùm *si secundam, tertiam quartámue à fine ancipites occupant syllabam, facillimum tutißimumq́; erit si imiteris poëtas recentiores.* Vel *etiam* Gazam *cōsulas licet, in tertio suæ grammaticæ de hac re quædam breuiter & docte præcipientem.* De*nique unum admonendum, α ι υ non ideò uocari* δίχρονα, *quòd ad cuiusuis arbitrium, ut quidam existimant, in una eademq́; dictione & produci & corripi queant: sed eo modo* δίχρονα *eße, quo omnes uocales apud* Latinos, *ita quòd in hac dictione omnino producantur, in illa corripiantur.* Nam *sicut apud* Latinos *in fames ¯ ¯ risuro ¯ ¯ ¯ uocales omnino productæ, & in ales ˘ ˘ dominus ˘ ˘ ˘ eædem perpetuò correptæ sunt: sic quoq; apud* Græcos *sit in* διχρόνοις. *tametsi non ignorem* Græcos *poëtas quandoq;* δίχρονα *eiusdem dictionis, præsertim alia uocali uel liquida, ut prædictū est, sequente, modò corripere, modò producere consueuiße, ut in κνάνια υ reperitur indifferēs apud poëtas. similiter in ἄρης α apud* Hom.

ἄρες

ἄρες ἄρες βροτολοιγὲ ‾ ˘ ˘‾ ˘˘‾ ˘. *Idq; frequenter si complures breues concurrant, ut α particula in compositione priuans, breuis est, producta tamen legitur composita θάνατος* ˘ ˘ ˘ *κάματος* ˘ ˘ ˘ *& similibus pedibus τριβραχέσιν ἀθάνατος* ‾˘˘˘ *ἀκάματος* ‾˘˘˘, *sic διος cum ι corripit, in διογένης* ‾˘˘‾ *producit. Atque huius generis permulta occurrunt legntibus poëtas. Semper enim Græcis quàm Latinis Musæ fuere fauentiores, unde doctißimum extat Martialis epigramma.*

Dicunt εἰαρινὴν tamen poëtæ,
Sed Græci, quibus est nihil negatum,
Et quos ἄρες ἄρες licet sonare.
Nobis non licet eße tam disertis,
Qui musas colimus seueriores.

Τέλος.

PHILIBERTI SORDOTI,
IN AVTHORIS LAVDEM
& operis, ad lectorem,
Hexasticon.
Liber loquitur.

Me si quis uarios dudum repetiße queratur
Grammaticos, plureis & memoraße satis:
Ausim ego tam paucis nullum strinxiße poësim.
Dicere: Pieridum testificare cohors.
Nam tibi futilibus alij inculcare susurris
Contendunt, breuibus quæ tibi suppedito.

SINGVLARIVM HVIVS PROSODIAE LOCORVM INDEX.

I, ante

I, ante

Vocales ante conſonantes,in primis ſyllabis.

Vná aduerbiũ, ad differẽtiã nominis acuitur. Ergô aduerbiũ circũflectitur, cõiunctio grauatur. Sic eó, aliquó, falsó, repenté &c. acuuntur, ne putentur esse nomina, uel pronomina: in contextu tamen orationis grauantur.

Syncope accentũ mutat, sic aquinâs, cuiâs, ultimã circũflectũt: ut olim penultimã aquinâtis, ciuiâtis: sic donêc, adhûc, fumât, pro fumâuit. Et per apocopen, ut, ô mercúri. Trãspositione mutatur accentus, ut qua dé re, quo dé genere, pro de qua re &c. Cũ præpositio, itẽ quod, ne, ue, encliticæ cõiunctiones, accentũ proprium in præcedentẽ reiiciunt, & acuunt: ut, quícum, mécum, hominésne feræ'ne.

Idiomate accentus immutatur, sic εἴδωλον antepenultimam Græcis acuit, Latinis penultimam, φιλοσοφία Græcis, philosóphia Latinis. Qua in re Quintiliani præceptum obseruandũ. Mihi autẽ placet (inquit) Latinam rationẽ sequi: Qui Græcã figurã sequi malet, nõ Latinè quidem, sed citra reprehensionẽ loquetur.

Quòd ad Hebræas dictiones attinet: ubi earũ ratio nõ cõstiterit, Latinè proferre poteris.

Longus accẽtus, supra uocalẽ positus, ipsam productam ostendit, ut rēgula, uel sic, rêgula.

Breuis, breuem supra quam locatur indicat, ut Dĕus.

Ὑφὲν, Latinè subunio, uirgula est incurua, dictionibus subscripta, qua dictiones coniungendas

gẽdas indicamus. Ita figuratur: ut, qui‿cunq;.

Ὑποδιαστολή, sub diuisio Latinè, semicirculus est quo dictiones inter se diuidimus, hoc modo: cor, uinum lætificat.

Ἀπόστροφος, auersio, semicirculus est supra uocalem positus, quo uocalem elisam significamus: hoc modo, Tanton' me crimine dignum duxistis? pro tantóne.

Δασεῖα, aspiratus spiritus Græcorum, nostrum est h: ut, ὕμνος, hymnus.

Ψιλή, tenuis spiritus uocalem sine aspiratione proferendam significat: ut, ἐγώ: Latini hunc characterem ignorant.

De periodis, seu clausularum punctis.

Περίοδος, Latinè circuitus; circunductus, conclusio, uocum est circuitio & comprehensio, qua impletur & absoluitur sententia, puncto notatur, hoc modo .

Huius partes sunt Colon & Comma.

Κῶλον, est orationis pars, quæ etiam si uerbo finiti modi constat, legentis tamen animum adhuc suspensum tenet: geminato puncto notatur sic :

Κόμμα, Cicero incisum uocat, notula est ad faciliorem lectionem, orationis partes distinguens: sic notatur ,

Sunt & aliæ notulæ quæ lectionem adiuuant: cuiusmodi sunt uirgula ⸍

Punctum admiratiuum seu exclamatiuum !
Punctum interrogatiuum ?
Parenthesis ( )

Periodus est eiusmodi apud Ciceronem I. epistolarum: Ego omni officio ac potius pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus: mihi ipse nunquam satisfacio: Tanta est enim magnitudo tuorum erga me meritorum: ut, quoniam tu, nisi perfecta re, de me non conquiesti: ego quia nõ idem in tua causa efficio: uitam mihi acerbam esse putem. Quinque hæc periodus colis constat, commatis quatuor, quæ ex suis notulis quiuis facilè intellexerit.

De ratione carminum Græcorum.

VIsum est quoq; nõ incommodum futurũ studiosis, si de ratione carminũ ea duntaxat subiecero, quæ Latinis, nisi parcissimè fiāt ad imitationem Græcorum, uitiosa sunt, uel etiam ignota, Græcis tamen cõmuni usu protrita, omnibus iure optimo liberè cõceduntur.

In qualibet cæsura, uocales breues subinde Græcis producuntur, perrarò in quinaria & septenaria Latinis. Cæsura seu sectio, Græcè τομὴ uel τμῆσις, est dictionis post pedẽ quẽuis absolutum, ultima syllaba superstes.

οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες ἐπέδραμον υἷες ἀχαιῶν.
ἀλλὰ τάγ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται.
ἀυτὰρ ἐπεὶ δαναάων γένετο ἰαχήτε θρόος τε.
καίτε σμικρὸν ἐὸν τό,τ' ἐπάχνωσε φίλον ἦτορ.

In primi

In primi uersus τριημιμερεῖ,γα, *& secundi,* πενθημιμερεῖ,τα, *producitur* α, *quanuis correpta sit, in tertij* ἑφθημιμερεῖ,το, *& quarti* ἐννεημιμερεῖ,σε.

Idem frequentius fit, si sequens dictio substruat binas uel duplices consonantes, quæ præcedentis dictionis uocalem finalem breuem, Græcis positione suffulciunt, cùm tamen apud Latinos binæ consonantes dictionem inchoantes, præcedentem uocalem breuem positu nihil iuuent.

Καὶ τῶν γε στρατὸν εὐρὺν ἀπώλεσαν ἢ ἐγε τεῖχος:
Δεῦτε δὲ ἐννέπετε σφέτερον πατέρ ὑμνείουσαι.
Καὶ τοὶ μὲν χείρεσσιν ὑπὸ σφετέρησι δαμέντες.
Τοῖσιν ἐην καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα.
Τὸν τε χολωσάμενος προσέφη νεφεληγερέτα ζεύς.

Vocales longæ uel diphthongi nudè finales, communes fiunt, si subsequens dictio incipiat à uocali, ut in hoc carmine η *&* η *corripiuntur.*

Τύνη ἐγὼ δὲ ἢ περσῃ ἐτήτυμα μυθησαίμην.

Quandoque in eadem dictione tam longæ quàm breues, communes fiunt uocali continuo sequente.

ἑδμεναι, οἷα σύες χαμαιευνάδες αἰὲν ἔδουσι.
ἕκτορ ὑὲ πριάμοιο τὶν δὲ σὺ νόσφιν ἀπ' ἄλλων.
αὐτίκα πὰρ δὲ πατρὶ καθεζομένη κρονίωνι.
Τὸν δὲ γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε κρονίων.

Per συνεκφώνησιν, *seu* σύζευξιν, *duæ syllabæ*

sine media consona interuallante, in unam longam confluunt, quatuor modis: breues: breuis & longa: longæ, & breuis: longæ, & quandoque finales in breuem, proximè uocali sequente.

Τοῦ κικορεσσάμενος νείκεα καὶ δῆριν ὀφέλλοις.
ὥρη γάρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέωντε.
Βουσὶ καὶ ἡμιόνοισι ἐπήετανον αὐτὰρ ἔπειτα.
Τῆμος θώμισου βουσὶν ἐπὶ δ' αἰνέει τὸ πλέον εἴη.
Δενδρέω ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδήν.

Connexiones μν, κτ, πτ, *præcedentem uocalem breuem, ueluti mutæ cum liquidis, communem faciunt.*

ἤτε καὶ ἀπαλάμνόν περ ὅμως ἐπὶ ἔργον ἐγείρει
Πέντε δὲ συσχιᾶσαι ἔκτω δ' εἰς ἄγγε' ἀφύσσαι
Θήβης αἰγυπτίης ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐνὶ κτήματα
κεῖται.

Non *raro sola liquida uocalem antecedentem breuem extendit.*

Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφελον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι.
ἱμερόεν κονάβησε, Θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄεισε.
Δῶρα διονύσου πολυγηθέος αὐτὰρ ἐπὴν δή.

Liquida *cum alia consonante sequente, quandoque præcedentem uocalem breuem nihil impedit positione.*

εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμα ἐνχώριον ἄλλο γένηται
Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων.

In ἐγχώριον, γ *natura* ν *est, conflatur enim ex* ἐν & χώρα. *Etiamsi mauis non absurdè ex*

χρύσεον

χρύσεον per συνεκφώνησιν, *spondeum efficies.*

Nonnunquam σ præcedentem uocalem longam ueluti liquida mollificat.

ἔντ' ἂν ἑξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο.

Quædam monosyllaba, quandoque ueluti ad artem non pertinentia, negligũtur, quandoque ceu uernæ alterius dictionis uicinam syllabam inualidam suffirmant.

ἄσκρῃ χεῖμα κακῇ θέρει δ' ἀργαλέῃ οὐδέποτ' ἐσθλῇ.

Αἱ δὲ καὶ ἐργάζῃ τάχα σε ζηλώσει καὶ ἀεργός.

Νῦν δ' ἐγὼ μήτ' αὐτὸς ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος,

In θέρει *&* ζηλώσει *corripitur* ει, *propter uocales insequentes, &* δ' *κ' particulæ tanquam nullius momẽti, éque carminis structura semouendæ despiciunt. In* ἐγὼ *uerò* ε *ministerio* δ' *adiuta protenditur. Vide Seruium eadem ferè disserentem super uersu tertij Aeneid. Limináque laurúsque.*

Græcis liberum est in carmine facere, uel minus, apostrophum.

Τὸ πρῶτον τέρπει τε βροτοὺς ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν.

ὡραίοις δὲ γυναῖκα τεὸν ἐπὶ οἶκον ἄγεσθαι.

Vides in priore uersu ἐπὶ ι *amisisse, in posteriore non itẽ, utrobique tamen uocali proximè sequẽte. At Latinis, quãdo prior dictio finit uel in uocalẽ uel cõsonantẽ m, nũquã sine uitio cõceditur præterire collisionẽ: ut, littora, mult' ill' & terris iactatus & alto, nisi id rarißimè*

fiat ad imitationẽ Græcorũ, ut, Insulæ Ioni' in magno quas dira Celeno Et succus pecori & lac subducitur agnis. Virgil. Aegloga 3. Tún' ill' Aeneas quẽ Dardanio Anchisę. In insulæ, pecori, & Dardanio, uocales finales longæ nõ auulsæ, per apostrophum cõmunes fiunt, more Græcorũ, iuxta canonẽ tertium. Item, Latini tam longas quàm breues uocales elidunt, Græci tãtùm breues, adposito semper collisionis signaculo. Vnde nulla facienda est collisio in mẽsurandis carminibus Græcis, nisi sit signata. Denique sciendum, celebri usu Græcis esse poëtis, præcipuè Hesiodo, quinto loco hexametri deligere spondeum.

μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδῆσι κλείουσαι.

In hoc carmine etiam μοῦσαι spondeũ efficit, non trochæũ. nam αι & οι diphthongi finales, quãuis apud Grãmaticos censeãtur breues, tamen apud poëtas, nisi per apostrophũ decidãt, uel propter sequentẽ uocalẽ corripiãtur, habẽtur productæ. Item πιερίηθεν primã producit, licet uocalis sit antę uocalẽ. Vbi nota quòd in Latinis dictionibus semper uocalis ante uocalem corripitur, præter in fio. Apud Græcos uerò α ι υ ante alias uocales nunc longæ sunt, nũc breues, ut in λαόσ ¯ ˘ α producitur, in ἀοιδόσ ˘ ¯ ˘ corripitur. Porro Græcis facillima obseruatio est quantitatum, nam quælibet diphthongus & uocales η ω perpetuò sylla-

bam

bam longam, ι α breuem (nisi naturam suam exuant aliquo prædictorũ modorũ) constituũt. Solæ uocales α ι υ, δίχρονος, id est, nunc producta, nunc correptæ inueniuntur. Quarũ tempora leuissimis quoque coniecturis studiosus abũde uenabitur, nẽpe primitus uel inflectione, finaliũ quantitatẽ, cũ passim ex cõpendio, tum etiam accentu uel apostropho deprehẽdat, ut, τὸ μέλι τῷ μέλιτι, *ι corripit,* τιμὰς *α producit.*

Omnis synæresis facit syllabam longam, στάχυες ˘ ˘ ˘ στάχυς ˘ ¯. *Caue tamen putes synæresin factã, ubi sæpius syncopa fit uel apostrophus: ut in* κλίνα ˘ ˘ ˘ κλῖα ˘ ˘ καὶ ἀεργός, κἀεργός ˘ ¯ ˘.

In uerbis α ι finale corripitur, quia polysyllaba in antepenultimã accentũ, ubi stare nequiret, si ultima esset lõga, recipiunt : τέτυφα ἔτυψα τύπτοιμι τύφθηἰ, ἵστημι ἵσταθι, *dissyllaba eodẽ argumẽto penultimã circunflectũt* εἶπα, σχῆμι. *sic quoque α productã participiorum in α σ ostendit accentus,* ποιήσας ¯ ¯ ¯ ποιήσασαν ¯ ¯ ¯ ¯. *sed & participia in μι ancipites α υ extendunt,* ἱστὰς ¯ ¯ ἱστᾶσα ¯ ¯ ˘ στὰς ¯ στᾶσα ¯ ˘ ζευγνὺς ¯ ¯ ζευγνῦσα ¯ ¯ ˘ *Etiã α in tertiis personis ante ultimã Ionũ more insertum, ι per duplicationẽ accessorium, & α υ propriæ uocales in uerbis in μι solutæ, corripiuntur.* τύπτοιντο τυπτοίατο ¯ ¯ ¯ ˘ ποιοῖται ποιέαται ¯ ˘ ˘ ¯ τιθοῦσι ˘ ¯ ˘ τιθέασι ˘ ˘ ˘ ˘ ζεύγνυτον ¯ ˘ ˘

Item apostrophus communi usu descecans uocales tantùm breues ancipites arguit correpta, ut in ἐπὶ ˘ ˘ κατὰ ˘ ˘ μάλα ˘ ˘ ἵνα ˘ ˘ ancipites corripiuntur, quia sæpius inueniuntur per apostrophum reuulsæ, ἐπ' κάτ' μάλ', ἵν'. Sed & α ι υ finales in præpositionibus, aduerbijs & cōiunctionibus ferè in uniuersum correptæ sunt. Et hæc *de finalibus. Verùm si secundam, tertiam quartámue à fine ancipites occupant syllabam, facillimum tutißimumq́; erit si imiteris poëtas recentiores. Vel etiam Gazam cōsulas licet, in tertio suæ grammaticæ de hac re quædam breuiter & doctè præcipientem. Denique unum admonendum, α ι υ non ideò uocari δίχρονα, quòd ad cuiusuis arbitrium, ut quidam existimant, in una eademq́; dictione & produci & corripi queant: sed eo modo δίχρονα eße, quo omnes uocales apud Latinos, ita quòd in hac dictione omnino producantur, in illa corripiantur. Nam sicut apud Latinos in fames ¯ ¯ risuro ¯ ¯ ¯ uocales omnino productæ, & in ales ˘ ˘ dominus ˘ ˘ ˘ eædem perpetuò correptæ sunt: sic quoq; apud Græcos fit in δίχρονοις. tametsi non ignorem Græcos poëtas quandoq; δίχρονα eiusdem dictionis, præsertim alia uocali uel liquida, ut prædictū est, sequente, modò corripere, modò producere consueuiße, ut in κυάνεα υ reperitur indifferēs apud poëtas. similiter in ἄρες α apud Hom.*

ἄρες

ἄρες ἄρες βροτολοιγὲ ¯ ˘ ˘ ¯ ˘ ˘ ¯ ˘. Idq; frequenter si complures breues concurrant, ut α particula in compositione priuans, breuis est, producta tamen legitur composita θάνατος ˘ ˘ ˘ κάματος ˘ ˘ ˘ & similibus pedibus τριβραχέσιν ἀθάνατος ¯ ˘ ˘ ˘ ἀκάματος ¯ ˘ ˘ ˘, sic Διὸς cum ι corripit, in Διογένης ¯ ˘ ˘ ¯ producit. Atque huius generis permulta occurrunt legntibus poëtas. Semper enim Græcis quàm Latinis Musæ fuere fauentiores, unde doctißimum extat Martialis epigramma.

Dicunt εἰαρινὴν tamen poëtæ,
Sed Græci, quibus est nihil negatum,
Et quos ἄρες ἄρες licet sonare.
Nobis non licet eße tam disertis,
Qui musas colimus seueriores.

Τέλος.

PHILIBERTI SORDOTI,
IN AVTHORIS LAVDEM
& operis, ad lectorem,
Hexasticon.
Liber loquitur.

Me si quis uarios dudum repetiße queratur
Grammaticos, plureis & memoraße satis:
Ausim ego tam paucis nullum strinxiße poësim.
Dicere: Pieridum testificare cohors.
Nam tibi futilibus alij inculcare susurris
Contendunt, breuibus quæ tibi suppedito.

SINGVLARIVM HVIVS PROSODIAE LOCORVM INDEX.

I, ante

A,an

FINIS.